



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


Universitätsbibliothek Paderborn

Alexētērion id est Historia Pestis

Stengel, Carl

Augustae Vindelicorum, 1614

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49838](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49838)



Th. 2886.

J. V.

14.



Et in eo paravit vasa mortis. Ps. 7.




ΑΛΕΞΗΤΗΡΙΟΝ
 id est
 HISTORIA PESTIS
 in qua
 eius causæ, diræ grassa-
 tiones, ac remedia diuini-
 tus collata fuisse enarratur.
 AVCTORE
 F. CAROLO STENGELSO
 Ord. S. BENEDICTI,
 Mon. SS. VITALIS et
 AFR. AUG. VIND. pro-
 fesso.



ΑΠΟ ΤΡΟ-
 ΠΑΙ-
 ΟΣ

Augusta Vinde-
 licorum.

ΑΛΕΞΙ-
 ΚΑ-
 ΚΟΣ



D. O. M.

ÆTERNÆ GLORIÆ.

AC

VIRGINIS. MATRIS. MARIÆ.
SANCTORVMQVE. CETERORVM.

PETRI. PAULI. SEBASTIANI. VITI. MAR-
TIALIS. CYPRIANI. IULIANI. OSVVALDI.
REGIS. MARTYRVVM.

GREGORII. MAGNI. GREGORII. THAVMA-
TVRGI. REMIGII. NICETII. GALLI. EUTI-
CHII. MACARII. REMACLI. OSVVALDI.
MALACHIÆ. HERIBERTI. BENNONIS. CA-
ROLI BORROMÆI. PONTIFICVM.

ROCHI. NICONIS. BERNARDINI. CON-
FESSORVM.

BARBARÆ. GODOBERTÆ. CATHARINÆ
SENENSIS. VIRGINVM.

IIS. QUI. PESTE. AFFECTI. SALVTARI-
VM. AVXILIATORVM.

HOC. LIBELLO. CELEBRATORVM.

HONORI.

AD

PECCANTIVM. EMENDATIONEM.
INFIRMANTIVM. SOLATIVM.

B. P.

Collegit, scripsit, consecrauit

F. Carolus Stengelius, Ord. S. Ben. ad SS. Vdalri-
cum & Afram Aug. Vin!

CIO. 13. CXIV.

D. G. M.
Athena, Georgia.

AC

Yveskinen, Maria Maria
SANTONUMQUE, CHRISTOPHUM
PATER, PAVLUS, SEBASTIANUS, VITTI, MAR-
TINUS, IUSTINUS, IULIANUS, QUINTUS,
REGINUS, MARTINUS
GREGORIUS, ALEXANDER, GREGORIUS, IANNA-
TURUS, RICHARDUS, RICHARDUS, GAILLARDUS,
EMIL, MATTHEUS, BENEDICTUS, QUINTUS,
MELCHIOR, HERBERTUS, BENEDICTUS, MA-
RCEL BONNOMUS, FORTUNATUS
EUGENIUS, NICOLAUS, BENEDICTUS, C. M.
FRANCIS
BASSA, GODEFRIDUS, CALIXTUS
GENERICUS, YVESKINEN
I. A. Q. V. PATER, SEBASTIANUS, IUSTINUS,
M. ALEXANDER
Hoc Liberum Consecravit

HONORI

A. D.

Passatum in fundamentum
LITTERARUM, POTATIVE

N. P.

Castellum, in die confessorum
E. Carolus, in die confessorum, in die confessorum, in die confessorum



ADMODVM REVE-
RENDO IN CHRISTO PATRI,
ET AMPLISSIMO PRÆSVLI AC
Domino D. Sebastiano, celeberrimi
Monasterij Fürstfeldensis. Ordinis Ci-
stertientis Abbati dignissimo.

F. Carolus Stengelius S. D.

INTER omnia mala, damna &
incommoda, ANTISTES INTE-
GERRIME, quæ humano generi
subinde euenere, nullum ferè est quod
homines peius odisse soleant Peste, quod
illa, inter omnia corporis contagia, citi-
us contrahitur, difficilius curatur, & atro-
cissimè sæuit, hominesque è medio tol-
lit. In qua vix vnicum saltem hoc reme-
dij est (licet durum & horribile) vt pars
tabida excindatur. Vt D. Augustinus re-
fert: *Prouerbiũ Punicum est: Pestilentia
ante ostium venit, & nummum quarit: Duos
illi da, & ducat se. Cum pestis venit (inquit*

D. Augu.
serm. 24.
de Verb.
Apost.

DEDICATIO.

D. Augustinus) *optamus pustulam fieri, & citò spondylum facere; utque citò aliquam particulam corporis tollat, & cum illa recedat, ne venenum ipsius totum corpus occupet, & animam petat.*

1. Reg. 24.
Greg. e-
pist. 127.

Hinc tot tamque memorabiles sæpe numero extitère pestilentiaë, morbiue palabundi; quales fuère non tantum D. Gregorij; ut vix ullus remanserit, qui officij quippiam præstare posset, & D. Augustini tempore in Africa, quando in solo Masinissæ regno 800000. (Eutropius nongenta millia dicit) perierunt. Et ita alijs mundi partibus. Tanti mali causam si querimus? peccata nostra ab irato Numine hac ratione castigari, vel ipsis Medicis consentientibus, reperiemus. Qui quamuis alias etiam subinde naturales causas assignent, attamen *τὸ θεῖον* quippiam hinc latere liberè confitentur. Quare cum solenne illud Philosophorum dictum sit, *sublatâ causâ tolli effectum*, operæ pretium me facturum existimaui, si varia genera peccatorum, quæ aliquan-

do

do pestilitatis causſæ extitiffent, ex diuer-
 ſiffimis historicorum ſcriptorum monu-
 mentis eruerem, & quam crudeliter pe-
 ſtifera lues propter eadem paſſim graſſa-
 ta eſſet, ob oculos ponerem; vt vel ſic
 miſeri mortales à peccatis auerſi, ad DE-
 VM tota mente conuerterentur. Acces-
 ſit & iſta ratio, vt quandocunque DEO
 iuſto ſuo iudicio mala noſtra vindicante,
 crudelis illa bellua ſerpere aut graſſari in-
 ciperet, haberemus ſpiritualia amuleta,
 quibus hoc malum aut omnino aliorum
 exemplo auertere, aut certè lenire poſſe-
 mus. Denique, vt illi quorum intereſt,
 huiuſmodi morbo affectis & ſpiritualia
 & corporalia miſericordiæ opera exhibe-
 re, haberent quibus ſe ipſos ſolarentur,
 & ad munus ſuum ritè & cum fructu o-
 beundum generoſè animarentur. Hi-
 ſtorias, eo ſtylo vt ab auctoribus ſuis de-
 ſcriptæ ſunt, recenſemus, eò quod in ſty-
 lo mutationem doctiſſimis ætate noſtra
 viris vehementer improbari ſciamus,
 qui eà mutatione & ſcriptorum auctori-
 tatem imminui, & hiſtoriæ veritatem ſu-

DEDICATIO.

binde labefactari, dum quædam non ritè
intellecta in aliū sensum vertuntur, largè
deplorant. Quam verò hoc nostro cor-
ruptissimo seculo, quo tot passim pestili-
tates grassantur, huiusmodi spiritualibus
medicamentis & antidotis opus habea-
mus, quibus homines à peccatis & scele-
ribus quasi vi abstrahantur, & ad mun-
di immundi, caduci, fallacisque odium,
& contemptum prouocentur, nemo est
qui non videat. Procliues sunt homines
ad omnia scelera, ruuntque præcipites,
sine mente, vel timore villo, quò cæci eos
affectus rapiunt. Exundant vndique,
velut agmine factò, mirâ & damnosâ fæ-
cunditate, malorum vitia, instar noxia-
rum herbarum. Nunquam hîc passim
ita regnarunt hæreses omnis generis:
malū per se longè maximum, cunctorum
fons aliorum malorū. Nunquam sic gras-
satæ sunt in exitium miserorum morta-
lium artes magicæ, artes verè infernales,
incantamenta, veneficia, & his similia.
Nunquam hominibus in ore fuit tan-
tum nefandorum iuramentorum, periuri-
riorum

DEDICATIO.

riorum, blasphemiarum in Deum, in
Sanctos eius, in sacra omnia. Nam quo
vnquam tempore auditum, de tot cedi-
bus, homicidijs, latrocinijs, proditioni-
bus? de tot tamque fædis adulterijs, stu-
pris, obscænitatibus? de tot furtis, rabi-
nis, incendijs, sacrilegijs? de tot falsis testi-
monijs, enormibus mendacijs, nefarijs
calumnijs? vt de bellorum stragibus, dam-
nisq; incredibilibus, que hinc enascun-
tur, nihil commemoremus. Scelera no-
stra nunquam desinentia pariunt nobis
pestes continuas: pestes rursus, infelici
ac perpetua vicissitudine, non solū tem-
poralem, verum etiam non rarò sempi-
ternam mortem generant. Quæ cum ita
se habent, quis iure vitio vertat ei qui
aliquid Dei gratiã quoquo modo presta-
re, rebus tam deploratis opem ferre, lan-
guentibus & moribundis medicinã con-
uenientem & paratam adhibere nititur?

Gregorius Thaumaturgus, qui montes
transiit, paludes exsiccauit, fluuiorum
exundantiam infra ripas coërcuit, demo-
nia ex Idolis, & humanis eiecit corporib;

*Greg. Nyss.
Ruff. lib.
7. Hist.
cap. 25.*

(†) s.

qui

qui à D. Basilio Moyfi alijsque Prophetis & Apostolis præ sanctitatis eminentia comparatus fuit; breuiter qui ex eo nomen obtinuit Thaumaturgi, quod mirabilium signorum operumq; patrator existeret; ille pestis inter gentiles suos ciues grassantis occasione vsus, singulari DEI beneficio fretus contra infidelitatis contagium omnium virulentissimum arsumpsit, tamque feliciter depugnauit, ut cum diem vitæ extremum clausurus, rogasset, quot adhuc superessent in ciuitate Neocæsariensi infideles, responsumq; esset, adhuc septemdecim; Deo gratias, inquit; totidem erant fideles, cum accepti episcopatum.

*Niceph.
lib. 6. ca.
17.*

Sicalij præterea sanctitate eminentes viri, pestifere contagionis tempore mirifica charitatis exercuere opera, moribundis assistendo, opem pro virili ferendo, orationum suffragia noctu diuq; impendendo: quæ omnia breui hoc syntagmate pro modulo meo mihi enarrare constitutum fuit. Cui cum patronum quærerẽ, tu præter ceteros animo occurrebas, quem
haud

DEDICATIO.

haud inuitus adsciscerem. Quis enim ignorat, quàm præsens ac salutaris auxiliator peste laborantium passim apud omnes habeatur ille Diuus, cuius tu τὸ σεβαστῶ, id est, Augusto ac venerando nomine SEBASTIANI es insignitus? loquuntur id ecclesiæ, templa, aræ, imagines. Quæ enim, non dico ciuitas, sed quis locus inter minora etiam oppida, pagosue licet exiguos, si non templum certè aram statuit, aut sacram imaginem erexit honori dicti D. *Sebastiani*, eo consilio, vt tempore necessitatis haberet, quæ coleret, veneraretur, inuocaret, & ad DEVM fidelem intercessorem mitteret. Quâ quidem in re magnâ mihi atq; adeo opportunâ occasionem vltro oblatam, mirificè gauisus sum, animi mei erga admodum R. V. P. hoc qualicumq; officio declarandi, nec non subito præmaturoq; huic opusculo, aduersus sinistros, si qui essent, interpretes, patrocinij comparandi. Poscebat hoc vetus amicitia, & familiaris consuetudo ante cõplures años Ingolstadij in S. Ignatij Martyris conuictorũ collegio contracta.

Vbi

DEDICATIO.

Vbi tamen si multis me spatis, ætate, sapi-
entia, morūq; grauitate antecederes; eò
tamē moderationis pro tua modestia del-
cendisti, vt mihi par videreris: quemad-
modū eminentioris stature q̄sp̄iã se ad so-
tij breuitatē solet in congressu demittere.

Quare, sit hoc munusculū & necessi-
tudinis nostræ velut publicū monimen-
tū, ac tessera; nominis etiã vestri clypeo,
vt iã dixi, tegatur aduersus ea omnia, quæ
nouis cuiusq; modi libris ab iniquis ferè
rerū æstimatorib⁹ obijci solēt. Perspectis-
sima namq; est admodū R. V. P. cū in om-
ni humanioris literature genere eruditio,
tum in altiorū sacrorumq; studiorū pale-
stra dignitas ac præstātia: quã vitæ sancti-
oris sinceritate; & pastoralis, cum in ou-
ibus pascendis, tū in arcendis lupis, vigi-
lantia egregiè videmus cumulasse. DEVS
opt. Max. A. R. V. P. diu saluam & in-
columem conseruare dignetur.

Augustæ Vindellicorum Idib. Iulij.

cl. 15. CXIV.

PETRVS

PETRVS STEVARTIVS LEODIVS; S.
THEOLOGIA DOCTOR, ET ACADEMIAE IN-
golstadiensis Professor ac Procancellarius, R. P. CA-
ROLO STENGELIO, Ordinis S. BENEDICTI
Augustae Vindellicorum ad SS. VDALRI-
CVM & AFRAM S. D.

Arborum ingenia & hominum similia sunt: nam utro-
rumque indolem fructus ostendit. Certe mi Carole,
si te non nossem a moribus, noscere didicissem a laboribus.
Quibus efficitur, ut velut generosa arboris fructu animi
nostrum non solum delictemus, sed etiam roboremus.
Et sane Christianum est tam utiliorum laborum delectari;
tamque eruditae doctorum virtutum pietate roborari.
Qui enim tam pijs libellis, vel se indigere non putat, im-
memor est conditionis humanae, vel qui eiusmodi sacra
animorum pabula in deliciis non habet, sed natus abundus
respuit, indignus est mercedis divinae. Quamobrem tam
bene venusteque tu facis hos tales libellos scribendo,
quam pie sancteque alii legendo. Porro hoc contra Pestem
tam securum, tamque salutare laboris tui amuletum, tem-
pori huic in primis accommodatum est, quo sine omni du-
bitatione, pauciores pestilentes, ut Lucretius ait, grassa-
rentur, si erga Divos (quos tu, in opusculo tuo vere au-
tore contra miserabilem hanc litem copiose commemoras &
luculentem laudas) crebriora pietatis opera exerceretur.
Perge, fertilissima Sancti tui Ordinis Benedictini arbor,
perge nobis plures eiusmodi fructus ab ingenio tuo
promere, dicetur a posteris nostris nomen tuum lecturis,
& radices tuae fructu gauisuris, ET HONOS ERIT
Hic quoque &c. agnoscentque & dicent omnes, LA-
RVS PHOEBO, CAROLVS CHRISTO. Ego profecto, ut in
compendio dicam, quid de tuo hoc studio sentiam, malo le-
gere STENGELIVM, tam iucundis, potentibusque historiis
de PESTE disputantem, quam nescio quem aurium insidia-
torum Milesiis laboribus, de ipso voluptatum melle fabu-
lantem. Vale & a Deo mihi tuis precibus impetra, quae
amicum tuum sibi impetrari velle existimas. Ingolsta-
dij XII Cal. Iunij. M. DC. XIV.

HENDE.

HENDECASYLLABI.

Labori & Amori.

AUCTORIS,

In syntagmatis commendationem sacri.

A Trox dum miser as Lues pererras
Terras, luctificum ferens venenum
Praesenti comitata morte, nostro
Indignans Generi, perire vellet,
Crebris mortibus hinc & inde grassans.
Postquam millia multa iam ferisset,
Victrix millia multa iam feriret,
Ni cladem miserans DEVS iuberet
Diuorum precibus, pijsque votis
Flexus, triste malum exulare terris.
Id tu CAROLE cogitans gemensque
Solers Ingenio, labore digno
Nobis unde malum, & sacras medendi
Artes consilio bonus recludis,
In signem Historiae facem coruscans.
Hyblea instar apis laboriosus.
Atrox sic miserum lues pererrans
Orbem, luctificum ferens venenum,
Tandem o triste malum exulato terris.

Amicus L. M. panxit.

INDEX.

I N D E X.

Cap. I.	Pestem plerunque tanquam flagellum ad vindicanda peccata nostra, à deo immitti.	fol. 1.
Cap. II.	Pestis nomen, & aliquot eius immittæ causæ fide dignis historiis declarata.	fol. 6.
Cap. III.	Christiani etiam ob peccata pestilentia aliquoties castigati.	21.
Cap. IV.	De peste inguinaria quæ Romam afflixit, & præsentis ope B. M. A. & I. Virginis aliquot historia.	31.
Cap. V.	Sancti etiam homines aliquando ad virtutis probationem peste percussi.	41.
Cap. VI.	S. Sebastiani speciale patrocinium, cum aliis historiis notatu dignis.	48.
Cap. VII.	Quomodo Sanctorum meritis & intercessione integræ Respu. & Vrbes à peste liberatæ fuerint.	53.
Cap. VIII.	Breuis historia Sanctorum hominum, quorum adhuc in carne viuientium precibus placatus Deus, pestem cessare fecit.	60.
Cap. IX.	Supplicationibus & Litiis pestis tempore sancti viri, & ceteri Christi fideles vsi.	68.
cap. X.	De iis, qui peste laborantibus, tam spiritualia quam corporalia misericordiam opera ministrantes, sempiternam laudem pmeruere.	75.
Cap. XI.	Templorum direptiones, Sacrarum Reliquiarum & Imaginû violationes peste à Deo esse vindicatas aliquoties.	85.
Cap. XII.	Peste punitos aliquos fuisse, quod contra Sedem Apostolicam, & Romanum Imperium arma suscepissent.	92.
Cap. XIII.	S. Barbaræ patrocinium, & opusculi conclusio.	99.
Auctarium,	siue Promptuarium medicinarum spiritualis contra pestem.	103.
Litania pro infirmis.		105.
Medicamen spirituale contra pestem constans quinque Psalmis B. Virginis		
MARIÆ ex Psal. S. Bonauenturæ cum certis oratiunculis ad B. V. Mariam.		110.
Oratio ad S. Sebastianum Martyrem.		115.
Oratio de S. Rocho confessore contra pestem.		116.
Alia de S. Sebastiano martyre.		118.
Alia de S. Rocho.		119.
Oratio generalis ad utrosque.		121.
Oratio tempore pestis ex fertis Petri Michaelis S. I.		122.
De S. Sebastiano Martyre contra pestem.		123.
Alia oratio tempore pestis.		124.

F I N I S.



Ego sum qui peccaui, et ego inique egi: isti qui
ones sunt, quid fecerunt? 2. Reg. 24.



PESTEM PLERVNQVE
TANQVAM FLAGELLVM AD
VINDICANDA PECCATA
nostra à DEO immitti.

CAPVT I.



AMETSI omnes ferè
morbi, D. Basilio teste, sæpenu-
mero velut quædam peccatorum
flagella sint, quibus nihil aliud a-
gitur, nisi vt vitam nostram in
melius commutemus : tamen
præcipuè hoc in sacris litteris
tribui videmus tristissimæ lui, ac
immani illi feræ, diro laniatu in hominum genus cru-
deliter sauenti, ac propaginis nostræ germina, nume-
rosâ strage immaniter depopulanti, *Pestis*. Sanè Chri-
stiana pietas summum rerum omnium Conditorem,
suæ iustitiæ Iura, hac immissa cålamitate exequi vt
plurimum credidit, vtpoté quæ tales DEI commina-
tiones in sacris litteris promulgatas esse cognouit, vn-
de vel ipsi Medici à causis primis abstrahentes, mor-
bum hunc ictum esse gladij acuti iræ diuinæ, ab ineui-
tabili & infallibili manu Angeli percutientis profici-
scentem sunt arbitrati, quin & ipse Paracelsus impius a-

*D. Basili.
Reg. fus.
9. 55.*

*Pestis Des
flagellum*

A

lioquin

Lege D.
Raym.
Mund. li.
de peste.
cap. 3.

lioquin à nonnullis existimatus, pestem iram DEI, vulnus à Superis inflictum, morbum supernaturalem, & iaculum è celo missum nominare fuit solitus: Quod ipsum etiam ante visum est, ipsius Medicinæ parenti Hippocrati, qui morbis ferè omnibus singulare quippiam inesse animaduertit, quod sensus indagine percipi non posset, ideoq; abstrusum id & reconditum quamuis Ethnicus, naturalis tamen luminis instinctu quidpiam supra naturam esse rectè arbitratus est, quod inde is ipse *Diuinum* appellare fuit solitus.

Eo forsan fundamento nixa veterum religio grauis timorum morborum & Pestis præcipuè causam in diuini numinis, (scelera hominum iuste vlciscentis) iram conijcere non dubitauit. Etenim vel paganorum fatilis ac inutilis pietas Græcorum in bello Troiano, exercitui, ob filiam Chryse stupratam, Pestem ab Apolline immissam fuisse, sibi quondam persuasum habuerat, vnde sæpius non ad Medicinam sed ad piacula confugiens, precibus ac victimis malum hoc auertere satagebat antiquitas, sic Demetrius quidam Lacon Taurum magicis incantamentis cicuratum, & filo ad alterum cornu religato in Amphitheatrum deductum, Pesti (quondam Deæ habitæ) eundem mactauit, quomodo Magos suas victimas in mare proiecisse ac Neptuno ea piacula obtulisse legimus.

Et inter alias quoque larvas diabolicas Epidaurius ille anguis Romam deuectus magna fraude ac demonis astutia homines in eam superstitionem adegit, ac si urbem peste obsessam liberasset.

Nonnulli cacodæmonum inter homines humanâ effictâ specie habitantium deliramentis hanc cladem acceptam retulerunt, quos ciuitates ac oppida terra coinquinatione fædare crediderunt, quos proinde à populo lapidibus obrui curarunt, sic Pythagoras à Thurijs & Mentapontinis, & Apollonius Tyanæus ab Epheso pestem expulisse sibi visi sunt.

Sed

Sed omissis nugis gentilium, ad Christianæ pietatis exempla recensenda progrediamur. Studuit sanè sollicita semper ac pia mater Ecclesia, sacrificijs ac alijs quibusdam deprecationum modis conceptam iam a Deo ultionis voluntatem humiliter præmissâ pœnitentiâ tantisper suspendere, dum vel populus obnixè rogans, suorum peteret veniam peccaminum, ac feruorem iræ diuinæ delictis ipsius succensum, lachrymis rursus temperaret. Scit namque, ægritudines peccata nostra consequi, ad quas tamen pellendas infinita DEI bonitas & misericordia, quæ nunquam deficit, afflictionem sine consolatione, & morbum sine remedio vix vnquam immittens, innumerabilia propemodum in verum naturâ proficere voluit auxilia, vt quos per secundas causas vulneraret DEI iustitia, per secundas quoque causas rursus subleuaret, eiusdem misericordia, sicut scriptum est: *Ego occidam, & ego viuere faciam. percutiam & ego sanabo.* Etenim vt Anna Samuelis mater ait: *Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit.*

Quamuis autem morbi plerunque peccatorum nostrorum flagella sint, vt a praua nostra vita corrigamur, & dignos pœnitentiæ fructus faciamus: aduertendum tamen Deum sæpe perditos homines ægritudinibus, laboribusque diuexare, non vt corrigantur, sed vt iam nunc facinorum suorum penas luant, quas æternæ consequantur: atque hæc est duplex illa contritio, de qua loquitur Hieremias: *Duplici contritione conterere eos & duplex illa confusio, cuius meminit Regius vates: Induantur sicut diploide confusione sua.* Est enim diplois vestimentum duplum, quo fit, vt impii confusione, id est afflictione sua, tanquam diploide induantur, cum & temporali, & æterna animaduersione feriuntur. De huiusmodi flagellis loquitur Dominus per Hieremiam, cum ait: *Plaga inimici perussi te, castigatione crudeli.* Etenim ut eo loco exponit Hugo Cardinalis, quos Dominus vel ad emendationem, vel ad probationem flagellat, mici, &c.

Christiani pijs operibus pestem auertere sepe studuerunt.

Deus. 32.
I. Reg. 2.

Ægritudo pœnaue temporalis sæpe initium sempiternæ.

Hier. 17.

Psal. 108.

Hier. 30.

Quidam flagellatur vt amici, &c.

lat, non tanquam inimicos. sed potius tanquam amicos
 Apoc. 3. arguere dicitur, iuxta illud Apocalypsis: Ego quos amo,
 arguo & castigo, cum verò reprobos iam in hac vita per-
 cutere incipit, non amici, sed inimici plaga percutere
 Job. 10. censetur. Atque idcirco Iob dicebat: loquar in ama-
 ritudine anime mee, dicam Deo, noli me condemnare. Id
 est, Deum quantum potero, obtestabor, vt hinc tantum
 me affligat: sciebat enim interdum præsentem afflictio-
 nem esse æternæ damnationis initium, quemadmo-
 dum contigit Antiocho regi impijssimo, quem Deus
 inuisibili & insanabili plaga percussit, videlicet visce-
 rum dolore, ita vt de eius corpore vermes scaturirent,
 & ipsæ carnes in doloribus effluerent, vsque aded vt gra-
 uissimo eius fatore totus exercitus grauaretur; quod
 enim hoc supplicium prænuntium esset sempiterni,
 perspicuum est ex eo, quod dicitur: Orabat scelestus
 2 Mach 9 Dominum, a quo non esset misericordiam consecuturus.

Publicas
 omniu-
 pestes ple-
 runq; præ-
 edit pe-
 stis bru-
 torum a-
 animaliu.

Notandum etiam hinc obiter, plerunque publi-
 cas hominum pestes solere præcedere, grauem bruto-
 rum animalium luem, vt ex nono capite Exodi annota-
 uit Philo, his verbis: Post hanc pœnam (quartam scili-
 cet plagam) successit alia, nemine tunc quoque ministro
 irati numinis, videlicet interitus pecorum. Namq; ar-
 menta & greges ouium, caprarumq; præterea iumenta
 omnis generis, vna die, tanquam ex composito, gregatim
 moriebantur, portendentia, paulo post secuturam pestem
 hominum: quemadmodum aiunt, publicas pestilentias
 solere primum in bruta seuire animalia, & inde mox in
 homines. Sic ille. Hæc plaga, sicut præcedens, non
 per Moysen vel Aaron, sed proximè a Deo, vel potius
 inuisibili Angelorum ministerio, inflictæ est. Cuius
 rei Caietanus sub finem octauæ capitis, huiusmodi red-
 dit causam: Nec per Moysen, inquit, nec per Aaron, sicut
 præcedentes plaga, nec mediante Virga, aut signo aliquo
 sensibili fecit DEVS hoc miraculum, Et textus sonat, ad
 tollendam videlicet occasionem suspicandi, quod in virga
 esset

esset Virtus faciendi mirabilia per magicas artes, et non ipse Deus faceret mirabilia hæc. Sic Caietanus. Possit nõ incongruè hoc loco quæri, an pestis illa per hanc quintam plagam missa, fuerit naturalis, id est, ex causis naturalibus naturaliter profecta; an verò fuerit supernaturalis, id est, per omnipotentiam DEI, præter naturæ ordinem & cursum inflictæ? Fuit sanè illa pestis principaliter supernaturalis: nam idcirco proprie vocatur manus Domini: *Ecce, inquit, Dominus, manus mea erit super agros tuos, & jumenta tua.* Hoc ipsum ostendit eius effectus, id est, subitus tot animalium interitus, non quæ intra vrbes, sed quæ extra vrbes in campis erant. Sed illud certam huius rei fidem facit, quod cum Hebræi atque Ægyptij promiscuè habitarent, & itidem eorum animalia simul essent in campis, pestis tamen animalia Ægyptiorum sustulit, Hebræorum nihil læsit.

Pestem quoque à DEO immitti, insinuare videntur illa verba eiusdem capituli: *Nunc extendens manum percutiam te, & populum tuum peste: peribisque de terra.*

Quæ verba referunt Doctores ad ultimam plagam, qua primogenita Ægyptiorum, tam hominum, quam animalium peste perierunt diuinitus immissa, ANGELORVM ministerio. Pestem enim à DEO in populos, mitti Angelorum ministerio, manifestum est exemplo eius pestis, quæ contigit Iudæis tempore Davidis, qui vidit Angelum stantem contra Hierusalem euaginato gladio; qui fuit Angelus virtusque bonus: ut satis indicat Scriptura, per quem interempta sunt peste septuaginta millia hominum, nec in tanta multitudine fuisse aliquos infantes atque innocuos dubitandum est, restante hoc ipsomet Davide. Quibus omnibus significari videtur, principalem auctorem immissæ pestis esse ipsummet DEVM, eius verò administrum fuisse ANGELVM, nihil sua voluntate arbitrioque facientem, sed omnia ex DEI præ-

Exod. 9.

Pestem à DEO immitti ex S. Scriptura liquet.

1. Parap. c. 21.

scripto atque imperio agentem & moderantem.



PESTIS NOMEN, ET ALI-
 QUOTEIVS IMMISSÆ CAUSÆ
 fide dignis historijs de-
 claratæ.

CAPVT II.

*Villalpūd
 in 28.
 cap Eze.*

Pestilen-
 tia quare
 dicatur
 Hebræis
 ordo.

Habac. 3.

Pestilentia itaque, Hebraicè *deber*, cum sex punctis scribitur, significatque Pestem, ac mortem. Quoniam autem & hoc nomen ordinem etiam significat, ideo pestis Ety- mologiam inde deducunt, quasi seruet ordinem, nec cuiquam pareat. Nonnulli per antiphrasin ordinem vocant pestem, quasi totius ordinis, aut ordinatarum rerum corruptelam, vel sine vlllo ordine, aut differen- tia grassantem. Alij putant sic dictam, quod ciuitates, hominumque frequentia domicilia in desertum redi- gat; Licet alij fortè satius putent leues has omnes coniecturas, vt potè quæ nequæ huius horrendæ plagæ naturam exprimere. Fit eius mentio apud Habacuc.

Ante faciem eius ibit mors, & egredietur diabolus ante pedes eius: quasi in idem conspirantes mors & diabo- lus, cuius hoc nomen grassantem stragem, atque obuia quæque ignea vi inflammantem, & funestantem significat. Quod Homerus ipse intellexisse viderur,

dum

dum diabolum, quem de cœlo deturbatum canit, & illu
 appellavit, id est noxam: deamque esse finxit, quæ
 homines vniuersis malis implicat, mentesque seducit,
 atque perturbat: sunt ergo mors, & diabolus, siue pe-
 stilentia, & noxa aptissimi diuinæ iustitiæ vindices,
 qui totum hominem intus & extra cruciant, torquent
 atque deturbant. Pestis verò incommoda ornatissi-
 mo carmine persecutus est Lucretius, cuius partem
 aliquam subdere non pigebit.

Pestilen-
 tiæ DE
 vindicis
 damna re-
 cēsentur

Principio caput incussum feruore gerebant:

Et duplices oculos suffusa luce rubenteis.

Sudabant etiam fauces intrinsecus atro

Sanguine, & ulceribus vocis via septa coibat.

Atq; animi interpret manabat lingua cruore,

Debilitata malis, motu grauis, aspera tactu.

Inde ubi per fauceis pectus completur, & ipsum

Morbida vis in cor mæstū confluxerat egris

Omnia tum verò vitæ claustra lababant..

Spiritus ore foras tetrum voluebat odorem,

Rancida quo perolent proiecta cadauera ritu:

Atque animi prorsum vires totius, & omne

Languebat corpus, lethi iam limine in ipso.

Intolerabilibusq; malis erat anxius angor

Assiduè comes, & gemitu commista querella,

Singultusq; frequens noctem persape, diemq;

Corripere assiduè nervos, & membra coarctans

Dissoluebat, eos desessos ante fatigans.

Et post multa subdit.

Nec poterat quisquā reperiri quem neq; mor b;

Nec mors, nec luctus tentaret tempore tali.

T. Lucre
 lib. 6.

Præerea iam pastor, & armentarius omnis,
 Et robustus item curui moderator aratri
 Languiebant, penitusq; casis contrusa iacebant
 Corpora paupertate, & morbo tradita morti.
 Exanimis pueris super exanimata parentum
 Corpora nonnunquam posses; retroq; videre
 Matribus, & patribus natos super edere vitæ.

Et quidem pestis licet perimat, atrocissimis doloribus premens: tamen ipsis morientibus infeliciores multò efficit viuentes, mox morituros. Nam præterquam quod hi carorum consuetudine aut seiunguntur, aut omninò separantur, præter horrorem tot cadaverum vndequaque jacentium, gemitum ægroantium, ac timorem illum, quem mentibus incutit tam subitus plurium hominum casus, quæ omnia vel saxea quæuis hominum corda incredibili mærore perfundunt, ac replent: ipsæ met etiam infectus aër respiratori, ac vitæ omnino necessarius, corda impetens, ac peruerso veneno pertingens ita angit, ac premit, vt cumulum mæroris superinfundens, nullum vitalis lætitiæ locû relinquat, sed in eas angustias redigat mærentes, vt mortem ipsam mærori anteponant. Quod si his diaboli cruciatus, animum conscientiæ stimulis pungens superveniat, efficit vt miseri degustent etiam dum viuunt partem aliquam cruciatus, & pœnæ, quam cogit eos æternùm sustinere eorundem obstinata peruersio.

1. causa

Sed ipsam nunc seuè furentis bellæ historiam aggrediamur. Post truculentam illam Ægyptiorum stragem, superiore capite, vtunque adumbratam, in inmisericordia & inobedientia pœnam à æquissimo malorum vindice Deo iustissimè in eos inflictam, sacris literis alia proditur irati Numinis offensio. & ad

pest m

pestem immittendam iusta commotio, *inanis gloria* 2. causa.
cuius rei gestæ narrationem ex sacris monumentis ita
paucis colliges. David cum imperij vires populi mul-
titudine constare, populumq; censere decreuisset; j-
ram Dei sibi conciliauit. Erant ab loab militia præfe-
cto iam dinumerata mille millia & centum millia ex

Israël, & quadraginta septuaginta millia de Iuda
cuium Capita, cum eum facti paniteret, quod magis
ex numerositate subditorum, quam diuino fauore po-
tentiam regni sui æstimasset. Missus itaque ad eum
Gad Propheta trinam ipsi pœnam denuntians, dat
arbitrium vnâ eligendi: fugam trium mensium, ho-
stibus ipsum persequentibus; famem quoque septen-
nalem & pestilentiam trium dierum in regno suo, quâ
tamen, licet acerbam alioquin, se tamen, & familiam
suam regiam propius attingentem elegit. Iam sep-
tuaginta millia Angelus Domini euaginato gladio
prostrauerat, cum David videns Angelum cœdentem

clamat ad Dominum. *Ego sum, qui peccaui & inique*
feci: isti, qui instar ouium sunt, quid fecerunt? Vertatur,
obsecro, manus tua contra me, & contra domum Patris
mei. Misit Dominus Gad, misertus populi ad Regem,
præcepitq; vt inædificaret aræ Areunæ lebusæi altare.
Comparauit itaque David eam quinquaginta siclis
sanctuarij, ac persoluit sexcentis auri purissimi drach-
mis; extructoque altari, obtulit holocausta & pacifica,
& inuocauit Dominum, qui exaudiuit eum, in igne de
cœlo super altare holocausti.

Romani, adhuc Ethnici, pestilentia grauius
percussi, ad libros Sibyllinos cucurrerunt, & ex inter-
pretatione augurû & aruspicum *ad ium sacrarum occu-*
pationem à priuatis factam esse putarunt. Quos ta-
men variè exagitat D. Augustinus, quod toties mede-
lam eius rei, à falsis suis Dijs frustra expectarint, hisce
verbis: *Vbi erant ergo illi dii, qui propter exiguam falla-*
cemq; huius mundi felicitatem colendi existimantur, cum
ciuit. Deo

2. Reg. 24.

1. Par. 21.

Siclos quinquaginta
habet textus argē-
ti quos singulos
mina valuisse cō-
stat ex solutione
aureorū.

3. Causa
putatitia
gentiliū.

D. Aug.
lib. 3. de
ciuit. Deo

Lectister-
nia in ho-
norem
deorum.

In Com-
ment ad
D. Aug.

Rom. quibus se colendos mendacissima astutia venditabās, tantis calamitatibus vexarentur? Vbi erant, quando densissimis fatigata ciuitas seditio- num malis, cum legatos Athenas missos ad leges mutandas paululum quiescere opperiretur, graui fame, pestilentiaque vastata est? Vbi erant, quando pestilentia maxima exorta, diu inuilibus sine remedio populus diu multumque fatigatus, noua lectisternia, quod nunquam ante fecerat, exhibenda arbitratus est? Lecti autem sternebantur in honorem deorum, unde hoc sacrum vel potius sacrilegium nomen accepit. Quando vel unde hic mos exortus sit, ex Ludouico Viue transcribendum autumo. Lectis olim cubantes epulabantur. At quoties in templo aliquo publico placandæ Deum iræ causa conuiuium exhibebatur, aut nocturnum erat sacrum, dijsque tanquam epulaturis aut cubituris lecti sternebantur, id lectisternium vocabant. Lilius libro quinto, *Laborante pestilentia ciuitate, paucis annis ante Romam à Gallis captam, ex libris Sibyllinis, primum lectisternium in Vrbe factum per dies octo, tribus tunc lectis apparatus Apollini & Latone, Diana & Herculi, Mercurio & Neptuno.* Lectisternium illud fuisse primum, nescio qui constet, cum ludis secularibus, quos primus P. Valerius Publicola, qui cum Bruto consul fuit, fecit, lectisternium per trinoctium fuerit, vt apud Valerium legitur lib. 2. & Censorinum de die Natali. Pergit D. Augustinus: *Vbi erant, cum illa insignis pestilentia tam ingentem stragem dedit, qua & ille Furius Camillus extinctus est, qui remp. ingrati & à Veientibus ante defendit, & de Gallis postea vindicauit? Inde in hac pestilentia scenicos ludos aliam nouam vestem non corporibus Rom. sed, quod est multo perniciosius, moribus, intulerunt.*

4. Causa
putatitia
Paganorum.

Vbi erant, quando alia pestilentia grauis de venenis matronarum exorta crederetur, quarum supra fidem multarum atque nobilium mores deprehensi sunt omni pestilentia grauiora? Vel quando graui pestilentia cete-

ris laborantibus multi etiam in exercitu ic̄ti fulmine pe-
 rierunt? Vel quando itidem alia intolerabili pestilentia
 Æsculapium ab Epidauro quasi medicum deum Roma
 aduocare atque adhibere compulsa est: quoniam regem
 omnium Iouem, qui iam diu in Capitolio sedebat, multa
 supra quibus adolescens vacauerat, non permiserant for-
 tasse discere Medicinam? Et post nonnulla: Atque
 in tanta strage bellorum etiam pestilentia grauis exorta
 est mulierum. Nam priusquam maturos partus ederent,
 grauida moriebantur. Vbi se, credo, Æsculapius excu-
 sabat, quod ἀπὸ τῶν σε, non obstetricem profitebatur.
 Pecudes quoque similiter interibant, ita ut iam defectu-
 rum genus animalium crederetur. Quid illa itidem in-
 gens pestilentia, quam diu sauit, quam multos peremit?
 Que cum in annum alium multo grauius tenderetur,
 frustra presente Æsculapio aditum est ad libros Sibylli-
 nos. In quo genere oraculorum, sicut Cicero in libris de
 diuinatione commemorat, magis interpretibus, et pos-
 sunt siue volunt dubia coniectantibus, credi solet. Tunc
 ergo dictum est eam esse causam pestilentia, quod pluri-
 mas ades sacras multi occupatas priuatim tenerent: sic
 interim a magno imperitio vel desidia crimine Æscula-
 pius liberatus est. Vnde autem a multis ades illa fue-
 rant occupata, nemine prohibente, nisi quia tanta numi-
 num turba diu frustra fuerat supplicatum: atque ita pau-
 latim loca deserebantur a cultoribus, et tanquam sacra
 sine ullius offensione possent humanis saltem sensibus in-
 dicari. Nam quae tunc velut ad sedandam pestilen-
 tiam diligenter repetita fuerunt atque reparata, nisi
 postea eodem modo neglecta atque usurpata latitarent,
 non utique magna peritio Varronis tribueretur, quod
 scribens de adibus sacris tam multa ignorata commemo-
 rat. Sed tunc interim elegans non pestilentia depul-
 sio, sed deorum excusatio procurata est. Aliam itidem
 in eodem libro commemorat D. Augustinus. Locu-
 starum etiam in Affrica multitudinem prodigii simi'em
 fuisse.

Cap. 31.
 s. Cauſſa.

fuisse, cum iam esset populi Romani prouincia, literis mandauerunt: Consumptis enim fructibus folisque lignorum, ingenti atque inestimabili nube in mare dicunt esse deiectam. Qua mortua, rediitque littoribus, atque hinc aere corrupto, tantam ortam pestilentiam dicunt, et in solo regno Masinisse octingenta hominum milia perisse referantur, & multo amplius in terris littoribus proximis: tunc Utica ex triginta milibus iuniorum qua ibi erant, decem remansisse confirmant. Talis itaque sanitas qualem patimur, eique respondere compellimur, quid horum non Christiane religioni tribueret, si temporibus Christianis videret? Et tamen diis suis non ista tribuunt: quorum ideo cultum requirunt, ne vel minima patiantur, cum ea maiora pertulerint à quibus antea colebantur.

Li. lib. 8.

Dion. Ni-
zens, &
Xiphilin⁹
in Vita Co-
modi.

Iac. Cau.
hist. Pat.
lib. 6.

6. Caussa.

Suet. c. 39

Quæ supra ex D. Augustino retuli de Pestilentia ortâ ex venenis matronarum, hæc T. Liuius, CL, Marcello, T. Valerio Cos. accidisse refert, quando prima de Venificijs quaestio habita, cum multi principes venenis mulierum interiissent. Ceterum non solum tunc, sed etiam alias, pestem ex veneno coortam fuisse accepimus. Vt potè cum Commodò Romanorum Imperatore Romæ tanta fuit pestis vt vno die sexcentis 2000 hominum absumerentur, multi non solum in Vrbe, sed etiam ferè sub omni Imperio Romano peribant, cum malefici homines res oblitæ venenis quibusdam pretio atque mercede adducti, in alios conijcerent, vt innumerabiles interirent. Pari ratione anno 155. Patavium peste laborauit. Sed quia morbus creuerat ex rebus pestilentia infectis ac studiosè disseminatis, postquam auctores tanti facinoris deprehensi laqueo interierunt, visa est cum his etiam pestis interiisse. Aliam Causam scriptores Ecclesiastici animaduertunt, nempe persecutionem motam in Christianos. hinc sub Nerone tanta extitit pestilentia, teste Suetonio, vt eâ grassante 30000. funerum

funerum vnius autumnus intationem Libitinæ venient.
 & : Anno 256. instaurata persecutione ; dira & inmen-
 salues, ab Æthiopia orta, in vniuersum propè orbem
 progressa, vix intra decennium quieuit. Hinc Oro-
 lius: *Exoritur, ait, Vltio violati nominis Christiani: &* *lib. 7. c. 21.*
que adeo, ad profligandas Ecclesias Edicta Decij cucur-
rerunt; eatenus incredibilium morborum pestis exten-
ditur, nulla fere Prouincia Romana, nulla Ciuitas, nul-
la domus fuit, qua non illa generali pestilentia correpta
atque vastata sit. Eiusmodi clades non nisi, impieta-
 tem numine vlciscente, per Angelos malos immitti
 solere, sed ad Euangelij profectum à DEO permitti,
 planè demonstrat Gregorius Nyssenus dum luem
 Neocæsareæ in Ponto exortam, cum Gregorius Tau-
 maturgus illam suscepisset Ecclesiam administrandam,
 & causam eius atque progressum, simulque modum
 describit, in Vita eiusdem Gregorij. Gentiles
 è contra causam tantorum malorum in Christianos
 ob contemptum Numinum retorquere conabantur,
 vt colligimus ex verbis Zonaræ dum ita scribit. *Cum*
Verò tot acerbissimis cladibus Romanum affligeretur Im-
perium: ijs potissimum temporibus, quibus eius Impera-
tores, publicis edictis Deorum cultum magis magisque in-
staurare, quod iam propemodum frequentia Christiano-
rum praterlapsus erat, & restituere conabantur, impe-
ratisque omnibus sacrificiis, & vel ijs, vel eorum sangui-
ne, quod non facerent, deos placare studebant: tantum
abest vt Gentiles facti sint prudentiores, explorata malo-
rum causa, fuerintque his eruditi; vt potius Christianis
acerbius insultarent; ipsosque quòd deos contemnerent,
malorum omnium esse causam, solito more, iactarent, ac
procacius exprobrarent.

Cum verò hæc in Christianos per Demetrianum
 in Africa his diebus Proconsulem, atque alios Ethni-
 cos in dies magis magisque ipsorum omnium ore dif-
 famarentur, S. Cyprianus haud diutius ferenda cen-

suit :

vide infe-
 ri^o caput
 8.

Zonar 20.
 2. in Velu-
 siano.

lult: quod eo argumento ad eundem apologeticam & inuectiuam pariter scripsit orationem: inter cetera commemorans facinora, quæ grassante peste Gentiles admitterent, sprete legibus, iureque naturali conuulso: *Pestem & luem criminari, quum peste ipsa & lue vel detecta sint, vel aucta crimina singulorum, dum nec infirmis exhibetur misericordia & defunctis auaritia inhiat ac rapina: ijdem a pietatis obsequium timidi, ad impia lucra temerari, fugientes morientium funera, & appetentes spolia mortuorum; Et appareat, in egritudine sua miseros ad hoc forsitan derelictos esse, ne possint cum curantur, euadere.*

Cypr. ad
Demetr.

Euf. lib 9.
cap. 7.

Rursum, cum anno Domini 312. Maximinus Imperator aduersus Christianos grauem persecutionem pararet, magna Dei potentia impios multipliciter viciscente, omnis præter sententiam conatus illius interceptus est, fame, peste, & bello eius imperio dirissime afflictato. Rem gestam ex Eusebio audiamus. *Hæc igitur mala, quæ pariter in eundem tempore articulum incidebant, Tyranni calamitosi exitus tanquam proemia quædam complexa sunt. Vt ille in bello contra Armenios administrato vna cum exercitu grauem cladem accepit: ita ceteri, quod ciuitatis eius imperio parentes incolebant, fuerunt fame simul & peste acerbe afflictati: vsque eo, uti pro vna tritici mensura bis mille & quingentas drachmas Atticas persoluerent. Infiniti ergo in singulis ciuitatibus mortui sunt: complures etiam in agris & vicis extincti: Et iam parum abesset, quin colonorum census, qui iam dudum innumerabiles esse solebant, penitus deficerent, propterea quod derepente fere omnes iam inedia, alimenti penuria, & pestifero morbo interissent. Nonnulli vel pro minima cibi particula res sibi carissimas locupletioribus vendiderunt. Alij suis possessionibus pededentim diuenditis, ad extremam egestatem tandem deuenierunt. Iam vero non pauci exigua fani segmenta confecere dentibus, & absque delectu herbas quædam pestiferas ac letales, &*

qua corporis habitū labefactant, deuorantes, misere periere.

Quin etiam mulieres quadam nobiles in ciuitatibus ad tam impertunam impudentemque necessitatem erant pra indigentia detrusa, Et in forum & plateas publicas mendicatum prodirent: qua quidem Verecundo Vultus sui pudore & exquisita Vestitus elegantia euident sua liberalis, lauteq; obsoniorum affluentia indicium, qua antea abundauerunt, perspicue declararunt. Alij pleriq; homines erāt qui tamquam simulacra mortua, macie tabefacti, huc illuc que agitati, concussiq; & animo planè deficientes, pra virium imbecillitate in medijs conciderunt plateis; & proxi in terra extensi, sibi paruum frustum panis porrigi, suppliciter poposcerunt; & cum vita extremum spiritum essent iam edituri, se fame confici clamarunt; & ad hanc vocem acerbissimam fundendam, satis habuisse virium visi sunt. Multi qui ditiores videbantur, pra mendicantium turbā obstupefacti, post infinitas facultates in egentes erogatas, deinceps in duram quamdam & inflexibilem animi affectionem propterea venerunt quod eandem penè calamitatem cum mendicis se breui perpeffuros expectabant. Quare iam in medio foro, plateis, & angiportis mortua & nuda corpora proiecta, multorum dierum spatio insepulta, miserandum spectaculum oculis intuentiū exhibuerunt. Iam vero nonnulli extincti, canum laniatus & pradafacti sunt: quam ob causam qui ad huc erant superstites, ad canes interimendos se conuerterunt, timore quodam percussi, ne insana rabie furentes, homines etiam viuos deuorarent.

Pestis autem omnes domos integras & familias penitus depascebatur, & eos vel maxime, quos fames propter alimentorum affluentiam, qua fruebantur, consumere & conficere non poterat. Magistratus & Praefecti, aliq; prope infiniti, quod cum potestate & imperio erant, omniumq; rerum copia circumfluebant, perinde ac si fames quasi de industria eos missos fecisset, Et peste interirent, acerbissimam mortem & maxime repentinam sustinuerunt. Omnia igitur loca, angiportus, forum, platea, lacrymis, marore,

Et

Et planctu redundabant: neque aliud quidquam spectare licebat, quam miserabiles stetus, quos pro tibiarum cantu & strepitu ipsis in more posito ediderunt. Quocirca mors his duobus telis, qua supra dixi, peste videlicet & fame, hoc modo bellum gerens, &niuersas familias breui temporis spatio absumpsit, & depasta est: adeo ut iam plane conspicari licuisset duo aut tria mortuorum corpora ex &nis edibus pariter ad sepulturam elata. Arrogantis Tyranni Maximini ostentationis, & decretorum per singulas ciuitates contra nos sancitorum tale premium ac merces fuit.

7. *Causa.*

Famem cum peste grassantem iam audiuius, at eandem ipsam famem pestis causam nonnunquam fuisse, nunc enarrabimus, quamuis etiam, causam eiusdem grassantis Card. Baronius ascribat gentilium, contra Christianos, factioni. Eius originem ita

*Bar. tom.**5. Annal.**Año Chri**sti 410.**Sozom.**lib. 9. c. 8.*

refert Sozomenus. Interea temporis Heraclianus, interfecto Constante, vigiles constituit in portibus & littoribus Africa, & mercatorum naues Romam proficisci vetuit. Ex quo cum fames Romanos inuaderet, illi hac de re legatos mittunt ad Attalum. Ille vero cum huic rei nullum videret remedium, Romam reuersus est, quasi cum Senatu de hac re consulturus, fame interim tantum inualescente, ut castaneis pro frumento & crentur, & nonnullos etiam carnes humanas gustasse suspicarentur. hæc de dira fame Sozomenus.

Zos. lib. 5.

Addit ad hæc Zosimus, tunc temporis Romæ in Circensibus exhibitis ex more spectaculis, populo fame tabescente, illud conclamatum fuisse ad nouum Imperatorem: Pretium pone carni humana. & quidem his consentientia scribit S. Hieronymus ad Principiam de Roma, vbi ait. Fame perit, antequam gladio: & vix pauci, quod caperentur. inuenti sunt, ad nefandos cibos erupit esurentium rabies. & sua inuicem membra laniarunt: dum mater non parcit lactenti infanti, & suo recipit vtero, quem paulo antè effuderat. Hæc D. Hieronymus. Post famem

*D. Hiero.**Epist. 16.*

verò pestem secutam esse, Zosimus tradit his verbis: *Zosim. lib. 5.*
Et quoniam nullum aderat mali sanandi remedium, iamque cuncta Ventr̄is inedia succurrentia defecerant: famem (ceu consentaneum erat) pestis corripabatur; omniaque plena cadaueribus erant. Cumque non possent extra Urbem sepeliri cadauera, quod omnem exitum hostes obseruarent: Vrbs ipsa mortuorum sepulcrum erat: adeò quidem, ut alioqui etiam solitudo in Vrbe foret, si qua nulla fuisset alimentorum penuria, vel exhalans e cadaueribus odor ad inficienda corrumpendaq; corpora suffecisset.

At quis, rogo, in has redegit angustias Urbem nisi Gentilium factio scelerata? vt planè desipuisse arguantur qui cladem Urbis adscriberent Christianis: cum ex deorum falsis responsis hæc omnia factitata, ipse deorum cultor Zosimus compulsus fuerit confiteri.

Aliam Caussam colligere licet ex Scriptoribus, nimirum conculcatę fidei Catholicę, & hæresis seminataę, qualem pestilentiam simul cum fame grassatam in Africã tradit Victor ita scribens: *8. caussa.*
Eã tempestate facta est incredibilis fames, & capit Africam totam & nã depopulatione vastare: nullus tunc affuit imber, nulla prorsus gutta de celo profluxit: nec frustra, sed vero & iusto iudicio Dei, ut & ibi persequentibus canosi gurgitis aqua & ignis sulphuris bulliebat, indulgentia caelestis, qua semper affluenter aderat, pluuia negaretur. Lurida remanserat terra facies omnis: non vitis tegebatur aestate, pampineis opaca virgultis; non sata respersa vultus caespitũ viridabant; non olea semper viridis, foliisque repleta iucundis decoris sui consuetum tegmen habebat; non pomorum virgulta, maritante tellure, gemmas produxerant florum, postea fructus (ut assolent) editura. Tristia fuere, tetraque omnia, ut par pestilentia clades Africam confunderet omnem, &c. *Victor de persec. VVand. lib. 3.*

Prosequitur pluribus recensere funera non Africanorum tantum, sed & Vuandalorum, tum fame, cum etiam peste pereuntium: vt planè ipsa elementa cla-

marent, in vltionem offensæ Diuinitatis tales tantasque simul immitti in Africâ clades, quibus omnes desolatae fuerint vrbes: quarum consideratione, & eorum quæ essent ante oculos inspectione, idem Victor confessor instar Hieremiæ seorsum positus lugubres threnos flebili voce, crebris interruptâ suspirijs, dolens ac mærens occinuit. En collige tibi fructus ex semine, quod in sulcis impietatis seminat hæresis. vt planè secundum illud Euangelij: *Ex fructibus eorum cognoscetis eos non nisi ex inferis & satanæ regno dixeris prodire radicem, quæ in tot germina maledictionis & desolationis excrescit.*

Matth. 7.

Anno demum Christi 1006. famem ingentem cum peste vniuersum orbem afflixisse tradit Sigebertus. Nam ait: *Fames & mortalitas tam grauter per totum orbem inualuit, vt sepelientium radio, viui adhuc spiritum trahentes obruerentur cum mortuis.*

Saluan.
de prouid
Dei li. 4.

Coronidis loco solidiores longè rationes & causas immissæ diuinitus pestis subiungendas censui ex Saluiano Massiliensi Episcopo, de prouidentia DEI libro quarto, vbi ita scribit.

Quid miraris ergò si cadimur, quid miraris ergò si castigamur, si in ius hostium tradimur, si infirmiores omnibus sumus? siue miseria nostra, siue infirmitates, siue euerisiones, siue captiuitates, & penè improba seruitutes, testimonia sunt mali serui & boni Dei. Quomodo mali serui? quia patior scilicet vel ex parte quod mereor. Quomodo boni Dei? Quia ostendit quid mereamur: Et si non irrogat, quæ mereamur, clementissima enim ac benignissima castigatione mauult nos corrigere quam perire. Nos siquidem quantum ad crimina nostra pertinet, talibus supplicis digni sumus: sed ille plus misericordie quam seueritati tribuens, maluit nos clementis censura temperamento emendare, quam plaga iusta coercionis occidere. Idem eodem libro ita scribit: Nihil itaque mirum, si deteriora quotidie patimur, qui deteriores quotidie sumus.

Et noua

Et noua enim quotidie mala faciunt, & vetera non relinquunt. Surgunt recentia crimina, nec repudiantur antiqua. Quis ergo est causationis locus? quamlibet aspera & aduersa patiamur, minora patimur, quam meremur. Quid querimus, quod durè agat nobiscum Deus? multò nos durius cum Deo agimus. Exacerbamus quippe Deum impuritatibus nostris, & ad puniendos nos trahimus inuitum. Cumque eius natura sit mens Dei atque maiestas, & nulla iracundia passione moueatur, tanta tamen in nobis peccatorum exacerbatio est, & per nos cogatur irasci. Vim, & ita dixerim, facimus pietati sua. Cumque eius benignitatis sit, & velit nobis iugiter parcere, cogitur malis nostris scelera qua admittimus vindicare. Eodem libro inuehitur in eos, qui peccatorum pœnas patiuntur, & eorum causas intelligere dedignantur, ita scribens: O quanta est infidelissimarum mentium cacitas? damnationem perferimus iudicantis Dei, & necdum nos agnoscimus iudicari. Et mirantur aliqui Sanctorum, quod exemplo nostro ceteri non emendentur, qui nihil ad huc tale tolerarunt; cum tormentis nostrarum iniquitatum, nec ipsi quidem, qui iam à Deo plectimur, corrigamur? O superbiam non ferendam? plurimi penas peccatorum suorum perferunt, & intelligere causas peccatorum nemo dignatur? Sed est causa euidentis qua hanc superbiam facit: scilicet quia etsi aliqua iam patiamur, nondum tamen patimur qualia meremur: Tanta est enim misericordia Dei, & etsi nos vult pati aliqua de piaculis nostris; nolit tamè cuncta tolerare: quia castigat malos, nō reddit mala. Agnoscere nos peccata nostra mauult, quā sustinere: scilicet & piis ac salubribus flagellis ostendat nobis qua ferre mereamur, sed tamen non inferat qua meremur; iuxta illud scilicet beati Apostoli dictum, quo ait: Ignoras quoniam bonitas Dei, ad pœnitentiam te adducit? secundum duritiam tuam & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ. Et Verè ita agimus, & dicit Apostolus: Deus enim Vocat nos ad pœnitentiam;

Rom. 2.

sed nos thesaurizamus iram. Deus nos inuitat ad
 Veniam; sed nos quotidie cumulamus offensam. Vim
 Deo facimus: iniquitatibus nostris, ipsi in nos iram diui-
 nitatis armamus. Cogimus ad Vlciscendas criminum
 nostrorum immanitates, nolentem Deum: Propè est, et
 eum non permittamus ut parcat. Nam cum in eum, nul-
 lum unquam iniustitia signum cadere aut apparere pos-
 sit: Sic agimus, et si enormitates nostrorum scelerum non
 Vlciscitur, iniustus esse videatur. Alibi etiam, nimi-
 rum libro quinto, vitia luculenter enumerat quibus
 Deus ad puniendum nos commoueri solet. Vidi ego
 illic res lachrymabiles, nihil scilicet inter pueros differre et
 senes. Vna erat scurrilitas, vna leuitas, simul omnia
 luxus, potationes, perditiones, cuncta omnes pariter age-
 bant: ludabant, inebriabantur, enecabantur, lasciuebant
 in conuiuio, etuli et honorati, ad viuendum propè iam
 imbecilli, ad vinum prauvalidissimi. Infirmi ad ambulan-
 dum, robusti ad bibendum: ad gressum nutabundi, ad
 saltandum expediti. Et quid plura? In hoc per cuncta
 illa qua diximus deuoluti sunt, et compleretur in eis di-
 ctum illud sermonis sacri: Vinum & mulieres apostatare
 faciunt a Deo. Nam dum bibunt, ludunt, mechantur,
 insaniunt, Christum negare ceperunt. Et post pauca:
 Tanta animorum vel potius peccatorum cecitas fuit, et
 cum absque dubio nullus perire vellet nullus tamen id age-
 ret ne periret. Totum incuria et segnitie, totum negli-
 gentia et gula, totum ebrietate et somnolentia possidebant,
 secundum illud scilicet quod de talibus scriptum est. So-
 por Domini irruerat super eos. Sopor quidem infundi-
 tur, et perditio subsequatur. Cum enim, scriptum est, com-
 pletis iniquitatibus suis peccator quis meretur et pereat:
 prouidentia ab eo tollitur, et periturus non euadat. Hac
 ita Saluianus.

Eccl. 9.

1. Reg. 26.
Gen. 15.



CHRISTIANI ETIAM OB PEC-
CATA PESTILENTIA ALI-
quoties castigati.

CAPVT III.

Verum non tantum Gentiles ob perfequutionem Christianorum, sed etiam ipsosmet Christianos, propter peccata sua peste immiffa à Deo punitos nunc demonfremus. 9. cauffa

Anno Christi 467. Anthemius filius Procopij, nepos Senioris Anthemij, nouus Imperator Constantinopoli miffus est Romam. Sed malis (vt ita dicam) auspicijs contigit Anthemij aduentus in Occidentem: fi quidem hoc anno ingenti laboratum est peste, cuius meminit Gelafius Papa in Andronicum fcribens aduerfus eos qui Lupercalia ab Vrbe non auferenda contendere; nam ait: *Quando Anthemius Imperator Romam venit, Lupercalia vtique gerebantur; Et tamen pestilentia tanta fubrepfit, Et toleranda vix fuerit.* Hæc Gelafius. Et quid mirum fi fecum pestem vexit Romam Anthemius, qui contagia hæreticorum fecum duxit in Occidentem? Etenim fecum in Urbem intulit Macedonianos hæreticos, qui continuò mifcere cuncta, & conuenticula feorsum agere aggressi sunt; adeò, vt nifi Hilarus Papa infracto pectore continuò reftitiffet, candor Romanæ fidei fordibus hærefis infici periclitaretur.

proco. de
bello Pers.
libr. 2.

Pestis im-
missa per
Angelos
malos.

Pestis ef-
fectus ad-
mirandi.

De iue illâ magnâ, quæ anno Domini 544. Iusti-
niano Imperatore grassari cepit in Oriente, ista admi-
ratione digna scribit Procopius: *Fuit insuper iisdem*
temporibus ingens pestilentia, cui remedium nullum in-
uentum, præterquam ex Deo, unde venit: quamquam
multi arrogantes Physiologia causas commentari conten-
dant, Vanas quidem omnes & inuestigabiles tantumque
sermone decipientes. Hic enim morbus nulli neque etati,
neque sexui, neque loco parcebat. Unde vero initium ha-
buerit, aut quomodo perimebat, referam. Caput enim ab
Ægyptiis qui apud Pelusium sunt: hinc uniuersam terram
comprehendit, itinere semper procedens, nullas reliquit lo-
corum latebras, nec bis eadem corpora repetebat. Inci-
piebat autem hoc modo. Phantasmata demonum mul-
tis humana specie visa sunt: quot enim in ipsa inciderent,
percuti se ab aliquo viro putabant, morbusque subito ir-
ruebat.

Nonnulli ab initio Verbis sanctis ac aliis (vt poterant)
supplicationibus eum auertere frustra querebant: ac tan-
quam lymphati, seu spiritu maligno agitati, amicos vocan-
tes minimè audiebant; in locis quoque angustiis coercebantur.
Nonnullis vero in somnis hæc eadem accidebant. Cor-
ripiebantur enim statim febre, calore coloreque pariter cor-
poris nusquã mutatis; neque vlla item inflàmatio (vti fe-
bricitantibus solet) sed tussis quadam ab initio, usque ad
vesperam febris erat, adeo vt nullo adhibito medicamento,
nullius opinionem periculi praberent. Eodem vero die,
nonnullis sequenti, aliis non multò post tuber succrescebat,
aliis alibi. Præterea quibusdam somnus inerat profundus,
nonnullis acuta quadam stultitia; & primum quidem om-
nium obliti rerum, etiam cibum negligentes moriebantur.
In stultitia vero corripiti sibi visi, aut inuadi clamabant,
auertentesque fugiebant: quorum curatores & ministri
dira atque intoleranda patiebantur, adeo vt non minus ip-
si quam agroti misericordiã digni fuerint, non quòd morbo
& ipsi afficerentur (non enim is contagione nocebat) sed

quod furentes, aut è lecto se precipitare, aut ad flumina oblitum properare volentes, six retinebant. Peribant aliqui eodem die, nonnulli multis post diebus. Tribus igitur mensibus huiusmodi lues Constantinopoli pravaluit, & ab initio quidem pauci, deinde in singulos dies quinque, sæpius etiam decem millia efferebantur: adeo ut plures etiam diuites, ministris iam omnibus extinctis, curatorum penuria magis quam morbo perirent, & insepulti manerent.

Porro Euagrius scribit morbum hunc annos quinquaginta duos inter homines grassatum esse, neque Orientem solum sed vniuersum ferme terrarum orbem ab eodem fuisse depastum: nonnullasque vrbes omnibus fuisse habitatoribus per eandem pestilentiam orbata, atque in illa ipsa loca, quæ antea inuasisset, sæpe reuersam; plura insuper symptomata in ægrotantibus accidisse, ac planè diuersa ab eis quæ idem Procopius tradit.

Quod verò non amplius quam tribus mensibus ciuitatem Constantinopolitanam occuparit, miraculo tribuitur, quod licet neque à Procopio vel Euagrìo recenseatur, haud tamen obliuione sepultum penitus relictum est: nam tantum beneficium solemnè die festo in honorem Dei Genitricis Mariæ instituto, anniuersariaque die in Ecclesia reperendo remansit posteris perpetua memoria consignatum, cum videlicet idem Hypapante est nominatus, nempe occursum Simeonis, cum Deipara suum filium Dominum nostrum IESVM CHRISTVM in templum intulit; cuius festi diei in Occidente Gelasius Papa fundamenta iecit, cum Lupercalia penitus abstulit. Is enim Romanus Pontifex annis triginta ante Iustiniani tempora Romanæ ecclesiæ præfuit, & Lupercalia, mense Februario agi solita (vt scribit Varro) Romæ ad ea tempora duranti legibus ecclesiasticis abrogauit. Sigebertus item in Chronico, occasionem huius diei celebrandæ declarat his verbis: Constantinopoli, mortalitate magna surgente, statuta est solen-

Euag. lib.

4. c. 28.

Pestis ad
años plu-
rimos p-
pågata.DEI Ge-
nitrix pe-
stẽ sedat
Constan-
tinopoli.Var. lib. 5
de ling.
Lat.

nitatis beatae MARIÆ, quæ græcè ἑσπέρων, id est, obuiatio dicitur.

Addidit huic solennitati Sergius Papa (vt habet ordo Rom) Litanias sic institutas, vt exeunte clero cum populo ab ecclesia S. Hadriani, procederet cum cereis ad talem vsu benedictis ad basilicam S. Mariæ Maioris. Plura de his leges apud R. Card. Baronium.

In Notis
ad Mart.
Rom. 2.
Febr.
Agath. li.
5.

Rursum ob eandem causam, nimirum peccata dira in urbem Constantinopolitanam grassata est pestis año Domini 558. Cui malo auertendo, & quomodo diuina Maiestas placari debeat, Iustinianus Impe. sanctionem edidit. Complectitur breuiter Agathias lugubrem tragædiam verbis istis: *Eodem anno, Vere iam inuente, derepentè & iteratò urbem pestilens morbus inuasit, & infinitam sustulit multitudinem: haud tamen prorsus cessauit, ex quo tunc primum anno Iustiniani Imperij quinto irrepere hanc nostram regionem coepit, qualis vero eiusmodi contagio esset, ita inferius: Interibant autem repentina morte quam multi tanquam apoplexia graui morbo correpti: qui plurimum resistebant, ad quintum & sex diem vitâ defungebantur. Sed & qualis esse soleret febris quæ hos perurgebat, narrare pergit.*

Ad tanta hæc auertenda mala, pestis scilicet & terræmotus, Iustinianus Imperator haud dubius ob peccata diuinitus eiusmodi immitti flagella, hanc ad populû Constantinopolitanum edidit sanctionem.

Novel 77.

Omnibus hominibus qui recte sapiunt, manifestum esse putamus, quia omne nobis est studium & oratio, vt crediti nobis à Domino Deo bene & iuant, & eius inueniant placationem: quoniam & Dei misericordia non perditionem, sed conuersionem & salutem vult; & delinquentes qui corriguntur, suscipit Deus. Propter quod nos omnes inuitamus, Dei timorem in sensibus accipere, & inuocare eius placationem: & nouimus, quia omnes qui Dominum diligunt, & misericordiam eius sustinent, hoc faciunt.

Igitur

Igitur quoniam quidam diabolica instigatione comprehensi, & grauissimis luxurijs semetipsos infrunt, & ipsi natura contraria agunt: Istis iniungimus, in sensibus accipere Dei timorem & futurum iudicium, & abstinere ab huiusmodi diabolicis & illicitis luxurijs, Et non propter huiusmodi impios actus ab ira Dei iusta inueniantur, & ciuitates cum habitatoribus earum pereant. Docemur enim à diuinis scripturis, quia ex huiusmodi impijs actibus & ciuitates cum hominibus pariter perierunt.

10. Causs.

Et quoniam quidam ad hæc quæ diximus & blasphema verba & sacramenta de Deo iurant, Deum ad iracundiam prouocantes: istis iniungimus, abstinere ab huiusmodi & alijs blasphemis verbis, & non iurare per capillos & caput, & his proxima verba. Si enim contra homines facta blasphemia impunita non relinquuntur: multo magis qui ipsum Deum blasphemant, digni sunt supplicia sustinere. Propterea igitur omnibus hominibus huiusmodi præcipimus à prædictis delictis abstinere, & Dei timorem in corde accipere, & sequi eos qui benè viuunt. Propter talia enim delicta & fumes & terremotus & pesti causa fiunt: & propterea admonemus ab huiusmodi prædictis illicitis, Et non suas perdant animas. Sin autem post huiusmodi nostram admonitionem inueniantur aliqui in talibus permanentes delictis: primum quidem indignos semetipsos faciunt Dei misericordia, post hæc autem & legibus constitutis subiiciuntur tormentis.

11. caussa.

Præcipimus enim gloriosissimo Præfecto ciuitatis regia, permanentes in prædictis illicitis & impijs actibus post hanc admonitionem nostram comprehendere, & vitis subdere supplicijs, Et non ex contemptu talium inueniatur & ciuitas & Respublica per hos impios actus ladi. Sin autem post hanc nostram suasionem quidam tales inuenientes hoc supercelauerint, similiter à Deo Domino condemnabuntur. Ipse etenim gloriosissimus Præfectus si inuenierit quosdam tale aliquid delinquentes, & vindictam in eos non intulerit secundum nostras leges: primum quidem obligatus erit,

Dei iudicio : posthac & nostram indignationem sustinebit. Hucusque Imperator, qui grauium luxuriæ & blasphemix scelerum gratia tanta obuennisse mala, hac edita sanctione est conquestus. Verum nec tantæ maculæ tantis sunt absterse flagellis, quæ olim non nisi igne immisso calitus dilui meruerunt.

Greg. li. 1.
c. 34.

D. Gregorius Turonensis auctor est, peste illa ingenti, quæ anno Christi 583. depasta est Gallias, tactos esse duos filios Regis Chilperici & Fredegundis (DEI vindicta ob peccata in Regiam domum parata) qua & extincti sunt. Res gesta ita ab eo narratur. *Igitur in his diebus Chilpericus Rex grauius egrotauit. Quo conualescente filius eius iunior necdum ex aqua & Spiritu Sancto renatus egrotare cepit: quem in extremis uidentes baptismo abluerunt. Quo parumper melius agente, frater eius senior nomine Clodobertus ab hoc morbo corripitur. Ipsumque in periculo mortis Fredegundis mater cernens, sero penitens ait ad Regem: Diuos male agentes pietas diuina sustentat; nam saepe nos febribus & aliis malis corripuit, & emendatio non successit: Ecce iam perdimus filios: Ecce iam nos lacryma pauperum, lamenta uiduarum, suspiria orphanorum interimunt, nec spes remanet cui aliquid congregemus. Thesaurizamus, nescientes cui congregemus ea: Ecce thesauri remanent possessore vacui, rapinis & maledictionibus pleni. Numquid non exundabant promptuaria uero: Numquid non horrea abundabant frumento: Numquid non erant thesauri referti auro, argento, lapidibus pretiosis, monilibus, & reliquis Imperialibus ornamentis: Ecce quod pulchrius habebamus, perdimus. Nunc si placet, Venite, incendamus omnes descriptiones iniquas, Sufficiat fisco nostro, quod sufficit patri Regique Clotario. Hac effata Regina, pugniserberans pectus, iussit libros exhiberi qui de ciuitatibus suis per Marcum uenerant: proiectisque in ignem, iterum ad Regem conuersa. Quid tu, inquit, moraris? Fac quod uides à me fieri: Et etsi dulces natos perdimus, uel penam*

12. causa.
oppressio
pauperū
Pœnitētia
Reginæ
Fredegū
dis & Re-
gis.

nam perpetuam euadamus. Tunc Rex compunctus corde tradidit omnes libros descriptionum igni, conflagratis illis, misit qui futuras prohiberet descriptiones. Post hac infantulus iunior, dum nimio labore tabescit, extinguitur; quem eum maximo dolore ducentes è Villa Brennaco Parisios, ad Basilicam S. Dionysii sepeliri mandauerunt. Clodobertum vero componentis in feretro, Suessionas ad basilicam S. Medardi duxerunt, proicientes eum ad sanctum sepulchrum votaouerunt pro eo, sed mediâ nocte anhelans iam & tenuis spiritum exhalauit, quem in basilica sanctorum Crispi & Crispiniani martyrum sepelierunt. Magnus & que huc plactus omni populo fuit: nam viri lugentes, mulieresque lugubribus vestimentis induta (ut solet in coniugum exequiis fieri) ita hoc funus sunt prosecute. Multa postea Chilpericus Rex Ecclesiis, siue basilicis, vel pauperibus est largitus. hæc de funere duorum filiorum Regis, & de Rege ipso in meliorem frugem mutato Gregorius, qui hanc eandem DEI vindictam sibimet à S. Saluio Episcopo prædictam scribit sequentibus verbis: *Video ego euaginatam ira diuina gladium super domum hanc dependentem. Veruntamen non fefellit dictio sacerdotem: nam post dies viginti, duo filii Regis (quos superius mortuos diximus) obierunt.*

Sed funeribus Regum tristiora Reginae funera coniungamus. Gregorius enim his de obitu filiorum Chilperici narratis, de alia Regina Francorum coniuge Guntheramni germani Chilperici hac eadem peste defuncta mox illa funesta subiungit: *His diebus Austregildis Guntheramni Principis Regina ab hoc morbo consumpta est. Sed priusquam nequam spiritum exhalaret, cernens quod euadere non posset, alta trahens suspiria, voluit leti sui habere participes, agens ut in exequiis eius aliorum funera plangerentur. Fertur enim Herodiano more Regem petiisse dicens: Adhuc spes viuendi fuerat, si non inter iniquorum medicorum manus incidissem: nam potiones ab illis accepta mihi vi abstulerunt*

Vitam,

S. Gregor.
lib. 5 c. 5.

Visio S.
Saluij E-
piscopi.

Impiæ
Austregil-
dis Regi-
næ obi-
tus.

Greg.
Tvr. lib. 5:
c. 39.

Vitam, & fecerunt me hanc lucem velociter perdere. Et ideo ne mors mea inulta praterat: quæso, & cum iuramenti interpositione coniuuro, Et cum ab hac luce discessero, statim ipsi gladio trucidentur; Et sicut ego amplius viuere non queo, ita nec illi post meum obitum gloriantur, sed sit unus dolor nostris pariter & eorum amicis. Hæc effata, infelicem animam tradidit. Rex vero peractõ ex more iustitio, oppressus iniquæ coniugis iuramento, impleuit præceptum iniquitatis, nam duos medicos qui ei studium adhibuerant, gladio ferri præcepit. hæc Gregorius.

Nanti-
ni obitus
& suppli-
cium.

Greg. lib.
5. c. 36.

Eadem quoque iue tantum abreptumque ex hac vita Nantinum Comitem Engolismensem, idem subdit: qui cum in sancta loca Dei que ministros multa mala patrasset, ultimo ipse elogio, quid pateretur ob scelera perpetrata, testatus est: ait enim Gregorius: Post paucos menses à supradicto morbo Nantinus Comes corripitur. Qui nimia exustus febre, clamauit, dicens: Heu, heu, ab Heraclio Antistite exuror: ab illo crucior: ab illo ad iudicium Vocor. Cognosco facinus, reminiscor iniuste iniurias me intulisse Pontifici: mortem deprecor, ne diutius crucier hoc tormento. Hæc cum maxima in febre clamaret, deficiente robore corporis, in felicem animam fudit, indubia reïnquens Vestigia hoc ei ad vltionem beati viri Venisse: nam exanimum corpus ita nigredinem duxit, Et putres cum prunis superpositum fuisse combustum. Ergo omnes hæc obstupescant, admirentur, & metuant, ne inferant iniurias sacerdotibus: quia vltor est Dominus seruatorum suorum sperantium in se. Quæ autem aduersus Heraclium Burdegalensem Episcopum Nantinus egisset, idem Gregorius paulò superius narrat, cum tradit ab eo ob immensa scelera perpetrata ipsum Nantinum fuisse excommunicatum.

Anno Christi 828. mirandum quiddam præter omnem expectationem accidit, cum Deo extorquente, pessimus dæmon peccatorum suorum redarguit Francos, quorum causâ, tot illi mala, Deo vlciscente, iugiter pati

ter pati solerent; frugum penuriam, pestemque hominum & animalium, & alia multa, ut scribit Einhardus verbis sequentibus.

Pradium est in pago Hitahgouue vocabulo Hecgstar, pertinens ad monasterium S. Nazarij, de quo puella quadam annorum circiter sedecim ab eodem erratico spiritu possessa, ad basilicam Martyrum à parentibus suis adducta est. Quae cum ante tumbam sacra corpora continentem venisset, & presbyter super caput eius exorcismum secundum consuetudinem perleisset, ac deinde demonem qualiter & quando in eam fuisset ingressus, percontari cepisset: non barbarica lingua, quam solam puella nuerat, sed Romana locutione presbytero respondit. Cumque presbyter miraretur, atque interrogaret, unde illi Latina lingua notitia, cum parentes eius qui praesentes adstabant, huiusmodi sermonem penitus ignorarent: Parentes, inquit, meos numquam vidisti. Tum Presbyter. Tu ergo, inquit, unde es si isti non sunt parentes tui? Et demon per puellam: Ego, ait, satelles & discipulus satana, & multo iam tempore apud inferos ianitor fui. Sed modo per annos aliquot cum sociis meis undecim Regnum Francorum vastavi, frumentum & vinum & omnes alias fruges quae ad usum hominum de terra nascuntur, iuxta quod iussi eramus, enecando deleuimus, pecora morbis interfecimus, lucem ac pestilentiam in ipsos homines immisimus; omnes quoque aduersitates & cuncta mala, quae iam diu pro meritis patiuntur, nobis facientibus atque ingerentibus, eis acciderunt.

Hic cum presbyter ab eo quareret, quam de causa eis fuisset huiusmodi concessa potestas: Propter malitiam, inquit, populi huius & multimodas iniquitates eorum qui super eum constituti sunt, qui munera & non iustitiam diligunt: qui plus hominem quam Deum metuunt; qui pauperes opprimunt, viduas & pupillos ad se vociferantes audire nolunt, nulli iustitiam nisi mercanti faciunt. Praeter haec sunt & alia multa, atque innume-

rabilia,

Einhard.
lib. 3. c. 13.

De arreptiã miranda.

13. Variar
Causar.

Diabolus
in eergu-
mena re-
darguit
scelera
peccanti-
um.

rabilia, qua tam ab ipso populo, quam à rectoribus eius
quotidie committuntur, Et sunt periuria, ebrietates, adul-
teria homicidia, furta, rapina, qua nemo fieri prohibet,
Et cum facta fuerint, non est qui vindicet; potentiores
quique turpibus lucris inseruiunt, loco superiore quem prop-
ter regendos inferiores acceperunt, ad superbiam Et Vanam
gloriam abutuntur: odium Et inuidiam non tam inter ex-
traneos quam inter propinquos, Et affinitate coniunctos e-
xercent; amicus amico non credit, frater fratrem odit, pa-
ter filium non diligit: rari sunt qui fideliter ac deuote deci-
mas dent, rariores qui elemosynas faciant; Et hoc ideo
quia quicquid Deo vel pauperibus dare iubentur, id sibi pe-
rrire arbitrantur: iniquas mensuras Et iniusta pondera
contra Dei praeceptum habere non verentur, fraude se alte-
rurum circumueniunt, falsa testimonia dicere non eru-
bescunt, dies Dominicos ac feriatos non custodiunt, sed in
his ac si in ceteris prout voluntas eorum tulerit, operantur.
Praeter haec alia sunt multa, qua Deus aut praecepit homini-
bus Et facerent, aut prohibuit ne facerent; quia populus hic
per contumaciam mandatis eius inobediens factus est, per-
missi imo iussi sumus ea facere in rebus humanis qua supe-
rius enumeravi, vt perfidiae suae penas luant: sunt enim
perfidi atq; mendaces, cum hoc seruare non curant, quod in
baptismo promiserunt. Haec omnia daemone per os barbaram
puella Latine locutus est.

Pellitur
dæmon
virtute
sanctorū.

Et cum Presbyter imperando Urgeret capisset, Et exi-
ret; Exibo, inquit, non propter tuum imperium, sed propter
sanctorum potestatem, qui me in illa diutius permanere non
permittunt. His dictis, puellam in pavementum proiecit,
atq; ibi aliquantulum velut dormientem, prono corpore ia-
cere fecit. Post paululum vero, illo recedente, quasi de
somno euigilans, per Virtutem Christi, Et merita beatorum
Martyrum puella, cunctis qui aderant cernentibus atque
mirantibus, sana surrexit: nec post exactum à se daemone
Latine loqui potuit, Et palam posset intelligi, non illam per
se, sed daemone per os eius fuisse locutum. Heu pro dolor,

ad

ad quantas miseras tempora nostra sunt deuoluta, in quibus non boni homines, sed mali daemones doctores sunt, & incentores vitiorum, ac persuasores criminum de nostra nos correctione commonent. Haec tunc Einhardus.

Quae quidem tunc omnium ore vulgata, Imperatoris quoque Ludouici aures penetrarunt. Qui ex serpentis veneno antidotum praeparare in salutem totius populi sapienter instituit, scilicet ut ad expianda peccata urgentia totus esset. Primumque omnium per vniuersum Regnum publicum indixit triduanum ieiunium, atque preces, addiditque etiam; ut ad correctionem morum deprauatorum, quatuor iuberet diuersis in locis per Gallias celebrari Concilia.



DE PESTE INGVINARIA
 QUAE ROMAM AFFLIXIT, ET
 praesenti ope B. MARIAE Virgi-
 nis aliquot historiae.

CAPVT IV.

Rauem nunc irati Numinis in ipsam Romanam Urbem, vindictam enarrare aggredior. Nam Christi anno supra quingentesimum nonagesimo, mense Ianuario lues inguinaria (vt auctor est Gregorius Turonen-

sis)

Greg. Tur
hist. lib.
10. c. 1.

Greg. di-
al. lib. 4.
c. 36.

14. Causs.

Gre. Tur.
lib. 10.
cap. 1.

15. Causs.

sis) inuasit populum, ex ira diuina (vt signa docue-
runt) immiffa: siquidem testatur Gregorius Papa, vi-
tas esse sagittas cœlitus delapas in homines, quos mox
peftis improuifa percuteret. ait enim: *Ante trien-
nium quoque hac pestilentia, qua hanc urbem clade ve-
hementiffima depopulauit, in qua etiam corporali visu sa-
gitta calitus venire, & singulos quosque ferire videban-
tur (sicut nosti) Stephanus item defunctus est, &c.*
Ipso peftis exordio Pelagius Papa eadem t. ctus defun-
ctus est, quod paucis Gregorius Turonensis ita docet:
*Subsecuta est (inquit) de Vestigio clades, quam ingui-
nariam vocant: nam medio mense vndecimo (Ianua-
rius est) adueniens, primum omnium (iuxta quod in
Ezechiele Propheta legitur, A sanctuario meo incipite)
Pelagium Papam perculit. Quo defuncto, magna stra-
ges populi facta est.*

Eius caussam non pauci tradunt Tiberinam in-
undationem, de qua Cardinalis Baronius ita scribit
anno Christi 589. *Extrema anni huius Romana Vrbi
funesta admodum extitere, Tiberis in primis portentosa al-
luuione, & cuncta vastante, inde secuta pefte. Eam in-
undationem ita descripsit Gregorius Turonensis. An-
no quintodecimo Childeberti Regis, diaconus noster ab Vr-
be Roma Sanctorum cum pignoribus veniens, sic retulit:
Quod anno superiori, mense nono, tanta inundatione Tibe-
ris fluuius Urbem obruit. Et ades antequa diruerentur, hor-
rea etiam Ecclesia subuersa sint, in quibus nonnulla tritici
modiorum millia periire. Multitudo enim serpentum cum
magno dracone in modum trabis valida per huius fluuii
alueum in mare descendit. Sed suffocata bestia inter sal-
sos maris turbidi fluctus littori crecta sunt. Subsecuta est
uestigio clades, quam inguinariam vocant.*

Aliam tamen caussam tradit Guilielmus Duran-
ti, qui appellatur Speculator, & floruit ante trecen-
tos ferè annos, in libro inscripto *Rationale diuinorum
officiorum.* Maiorem Litaniam ait iuuentam a Beato

Gregorio

Gregorius propter pestem inguinariam : quam ex eo accidisse refert, quod cum in Quadragesimâ castè, & continenter vixissent omnes, & in Pascha Corpus Christi percepissent, postea tamen ludis, & commensationibus & luxuriæ fræna laxassent. Citatur iisdem verbis à R. P. Alfonso Salmerone in expositione primæ ad Corinthios vñdecimi.

Duran. li.
6. cap. 102.

Salmer.
tom. 14.
disp. 19.

Longè tamen antea, hoc est, anno 565. pestis illa vehementer, inguinaria dicta, vniuersam inuasit Italiam, peruasitque etiam regiones Boreales; de qua ista habet Paulus diaconus: *Isdem temporibus in Liguria provincia maxima pestilentia exorta est. Subito enim apparebant quadam signacula per domos, ostia, & aſa, & vestimenta; quasi quis voluisset abluere, magis magisque apparebant. Post annum vero expletum ceperunt nasci in inguinibus hominum & aliis delicatioribus locis glandula in modum nucis, seu dactyli, quas mox sequabatur febris intolerabilis astus, ita ut triduo homo extingueretur. Sin vero aliquis triduum transegisset, habebat spem viuendi. Erat ubique luctus, & ubique lachryma. Nam (ut vulgi rumor habebat) fugientes cladem aut vitantes relinquebant domos desertas habitatoribus, solis catulis eas seruantibus: pecuaria sola remanebant in pascuis, nullo astante pastore. Cerneret villas & castra agrinibus hominum repleta, postero die, vniuersis fugientibus, in summa castitate & silentio. Fugiebant filii, in sepulta parentum relinquentes cadauera. Si quem fortè antiqua pietas perstringebat, ut vellet sepelire proximum, restabat ipse insepultus: & dum obsequabatur, perimebatur: dum offerre obsequium defuncti prameditabatur, ipse sine obsequio futurum cadauer remanebat: ut videres seculum in antiquum redactum silentium. Nulla vox audiebatur, nisi gementium in morte, nullus pastorum sibilus, nulla ferarum insidia parabantur, * pecudibus nulla damna domesticis volucris: sata transgressa metendi tempora intacta ex-*

Paul. dia.
de gest.
Lōgobard.
lib. 1. c. 4.

pectabant messorum. Vineae amissis foliis, radiantibus sul-
 us, illa sa remanebant, hyeme appropinquante. Noctur-
 nis horis personabat tuba bellantium: audiebatur a plu-
 ribus quasi murmur exercitus: nulla erant & stigma com-
 meantium: nullus cernebatur percussor. Et tantum vi-
 sus oculorum superabant cadauera mortuorum. Pastora-
 lia loca conuersa fuerant in hominum sepulchra & habi-
 tacula humana facta fuerant habitacula bestiarum. Et
 haec quidem mala intra Italiam tantum & usque ad fines A-
 lemanno- & Basoario- & solis Romanis accidere. haec
 Paulus diaconus.

S. Greg.
 dial. li. 4.
 cap. 26.
 Prödigiu
 de puero
 peste per-
 cussio.

Hæc planè pestis illa fuit, cuius S. Gregorius Pa-
 pa meminit in Dialogis, mira que narrat verbis istis:
 Ammonius mihi iam in monasterio positus narrauit, quod
 in ea mortalitate, que Patricij Narsētis temporibus hanc
 urbem vehementer afflixit, in domo prædicti Valeriani
 puer armentarius fuit præcipua simplicitas & humilita-
 tis. Cum vero eiusdem advocati domus eadem clade va-
 staretur, idem puer percussus est, & usque ad mortem de-
 ductus. Qui subito sublatus à presentibus, relict, sibiq;
 dominum suum vocari fecit. Cui ait: Ego in caelo fui,
 & qui de hac domo mortui sunt agnoui: ille, ille, & ille
 mortui sunt. Tu vero ne timeas: quia in hoc tempore
 moriturus non es. Vi vero scias, quia me in caelum fuisse,
 verum fateor: ecce accepi illic & linguam hominum loquar.
 Numquid tibi incognitum fuit Græcam me linguam om-
 ninò non nosse? & tamen Græcè loquar, & cognoscas an-
 & rum sit, quod me linguas hominum accepisse testificor.
 Cui tum Græcè dominus suus locutus est, atque ille in ea-
 dem lingua respondit; & cuncti qui aderant, miraren-
 tur. In eadem quoque domo prædicti Valeriani Narsēs
 spatharius Bulgar manebat; qui festinè, ad eum dedu-
 ctus, ei Bulgarica lingua locutus est; sed ita puer in Italia
 natus, & nutritus in eadem, barbarà locutione respondit,
 ac si fuisset ex eadem gente generatus. Mirati sunt omnes
 qui audiebant; atque ex duarum linguarum experimento

quas eum ante nescisse nouerant, crediderunt de omnibus, quæ probare minime valebat. Tunc per biduum mors ei dilata est: sed die tertio (quo occulto Dei iudicio, nescitur) manus & brachia, lacertosque suos dentibus lansauit, & ita de corpore exiit.

Hæc Gregorius. Sanè quidem & in amentiam quoque atque furorem deducere homines consueuisse pestem illam, Gregorius Turonensis testatur. Sed ad pestem illam quæ Romam deuaftabat redeamus, & quale remedium pro eius expiatione susceptum sit, dispiciamus. Gregorius itaque, cum sæuissima pestis Romæ sæuiret, ac multa simul aliæ calamitates accederent, religiosam in die Resurrectionis supplicationem instituit, & Virginis Dei genitricis imaginem in publicum efferri curauit piæque circumgestatione Deus præsentem miraculo comprobauit. Etenim quacunque ferretur imago, cæli pestilentis grauitas depulsa, & optata salubritas in Vrbe consequuta est. Vbi gratulantibus omnibus DEO, ecce tibi Angelus, qui sanctam Virginem his vocibus è cælo alloqueretur.

REGINA COELI LÆTARE, ALLELVIA.

QVIA QVEM MERVISTI PORTARE, AL.

RESVRREXIT SICVT DIXIT, ALLELVIA.

Quam orationem simul atque Gregorius, coram audiuit, diuinoque spiritu statim excitatus, eam in hunc modum expleuit.

ORA PRO NOBIS DEVM, ALLELVIA.

Quod Canticum deinde solenne mansit in Ecclesia, & Paschalis lætitiæ, vel argumentum, vel confirmatio, quotannis esse consuevit. Refert porrò R. Car. Baronius his vltimis litanijis esse processum ad Basilicam Apostolorum principis Petri, atque ab eodem Gregorio sanctam imaginem Deiparæ magna veneratione delatam: fuisse autem illam, quæ hæctenus extat in basilica S. Mariæ ad Præsepe, & à populo honorifico cultu frequentatur: Tunc verò & mirandum illud accidisse

Carol. sig.
lib. i. de
Regno Ita
lia.

Angelus
super mo-
nem Ha-
driani vi-
susu.

Gre. Dia.
lib. 4. c. 36

Ecc. 44.

In Reg. in
prin. Ind.
10

In maio-
ri Litania
gratiarū
actiones
additæ.

Apud Su-
rium to. 2
6. April.

tradunt, vt cum peruenisset procedendo B. Gregorius ad molam Hadriani Tiberi adiacentem, in signum reconciliati numinis, visus fuerit Angelus nudatum gladium in vaginam reponere, eoque symbolo morbum cessasse significare voluisse; (quemadmodum superius initio huius capituli ex eodem Gregorio dictum est) per sagittas visas cælitus lapsas idem fuerat diuinitus præmonstratus. Sic itaque in tempore concitata diuinæ iracundiæ (vt scriptum est) Gregorius factus est reconciliatio, cum auertit ipse diuinam indignationem a populo: cuius rei gratia in Litanis illis, quæ annua celebritate in Ecclesia antiquo vsu recurrunt pro omnibus auertendis malis, idem Gregorius preces indixit cum gratiarum actione pro tanto accepto diuinitus beneficio. Extat eius indictionis formula, quam tibi legendam proponimus sic enim habet: *Solemnitas annua deuotionis nos filis dilectissimi, admonet, vt Litaniam, quæ Maior ab omnibus appellatur, sollicitis ac deuotis debeamus, auxiliante Domino, mentibus celebrare; per quam a nostris excessibus, eius misericordiæ supplicantes, purgari aliquatenus mereamur. Considerare etenim nos conuenit, dilectissimi, quam variis continuisque calamitatibus pro nostris culpis & offensionibus affligamur, & qualiter celestis pietatis nobis subinde medicina subueniat. Sexta igitur feria ueniente, à Titulo beati Laurentii martyris, qui appellatur Lucina, egredientes, ad beatum Petrum apostolorum principem Domino supplicantes cum hymnis & canticis spiritualibus properemus; vt ilidem sacra mysteria celebrantes, tam de antiquioribus, quam de presentibus beneficiis pietati eius in quantum possumus, referre gratias mereamur. hæc Gregorius de luce cellante gratiarum referens actionem.*

Pari ratione S. Eutyechius pestem auertit Constantinopoli, anno Christi 578. Eustathius ei coæuus ita describit: *Vos qui reditum eius memoria tenetis, non solum oratis magnam & diuturnam, antequam reuertere-*

tur, pestem extitisse: qua quidem ita sauebat, Et nisi hic à Deo electus tamquam alter Phinees obstitisset, omne genus hominum atque omnis ætas interisset. Quomodo autem placatus est Deus? Supplicationibus quas ipse cum Christi studioso Populo adhibuit, à sanctissima magna Ecclesia incipiens, &que ad eadem sancta & immaculata Domina nostra Dei genitricis semperque Virginis MARIÆ, quæ in Blachernis colitur, Dum igitur supplicationes ad Christum Deum nostrum, quem ipsa virgo de Spiritu sancto concepit, fierent: pepercit ille populo, Angelumque cohibuit, qui ciuitatem sine intermissione percutiebat. & paulò post: Ab eo igitur die &que ad beati Viri Vita finem Christus Deus noster à populo prouocatus iram cohibuit. A creditus quidem ipsius primum opus hoc fecit, quo salutem omnibus communem impetrauit.

Alio item tempore nimirum anno Christi 717. Intra Constantinopolim trecenta millia hominum pestilentia interiierunt, inquit Paulus Diaconus. eodem tempore obsidebatur à Saracenis, sed utroque malo, DE I genitricis auxilio liberata est, quia Deus & sanctissima Virgo Dei mater Maria (inquit Theophanes) hanc muniunt urbem & Christianorum Imperatorem; & non est omnimoda dimissio Dei in jus, qui eum inuocant in veritate, licet admodum quid castigemur propter peccata nostra. hucusque Theophanes, qui non modò tantum, sed fermè semper cum magnum aliquid à DEO consequutum esse Constantinopolitanum populum tradit, id quidem acceptum precibus sanctissimæ DE I genitricis affirmat nõ ob aliam causã, quàm quòd celeberrimò illic esset beatissimæ Deiparæ cultus, cui eadem ciuitas fuerat dedicata. Porrò cum eius cultus vbique locorum amplissimæ ciuitatis celebris esset, frequentissimus in Blachernis erat, vbi Deiparæ nomine augustissimum templum fuit.

Alias etiam posterioribus temporibus peste laborantes, non semel D. Virginis opem sunt experti, ex qui-

bus exempli gratiâ vnam aut alteram historiolum subiungemus. Anno millesimo ducentesimo decimo quinto pestis per totum illum tractum (nempe apud Tungros in Hannonia) sic saue grassabatur, et in opidis & pagis vix cuiquam parceret, nullo atatis, sexusue discrimine, praecipuo tamen Athum inuaserat. Ibi tum erat mulier peregrinatrix ad Tungros nomine Nicolaa, quae nihil sibi metuebat à pestilentia, quod B. Virginis bonitate subnixae esset, & inscripta albo Sodalitatis eius apud Tungros, quo fiebat et vicinos & amicos suos incitaret ad votum peregrinationis Tungrensis. Persuasit hoc illa quam plurimis qui cum suis domesticis à peste immunes extiterunt, & ad Tungrensem adiculam, peregrinatione suscepta, actis que deinde beatissima Virgini gratis sese peregrinorum & sodalium catalogo inscribi fecerunt. Ex hoc rumore totum per opidum sparso, civium animi pia deuotione, ac deuota pietate mirabiliter fuerunt inflammati. Quae res loci pastorem permouit, et publicam ac solennem processionem ab Atho ad adiculam Tungrensem populo nouis delibuto gaudiis indiceret. Ventum est eo non sine magna pietatis significatione, sacrisque caremoniis. Auditus est prae ille diuini Verbi Ioannes Regius modo commemoratus, qui tantam credulae plebis animis ingenerauit fiduciam, de fauore & auxilio DEI, per beatissimae Virginis merita obtinendo, si modo serio ad Dominum conuerterentur, et inde salutaris admodum successus, & laetus euentus prodierit. Ab eo enim tempore Sindex DEI manus exarmata est, & horribile DEI flagellum in oppido iam nominato conquieuit, ita et exinde nullus omnino cuiuscunque demum atatis fuerit pestilentia morbo sit sublati. Insigne hoc & euidentis miraculum nusquam non inuoluit: Unde & alibi populi similem verae conuersionis viam ingressi, patissimum vero Valentianis & Tornaci, à pestilentia mire & subito sunt liberati.

Pari modo apud Camberonam in Hannonia quidam à pestifera lue liberati sunt. Inter quos Ancilla lo-

Ibid. l. 4.
cap. 47.

annis

annis Nigri hortulani Camberowensis infecta cum esset morbo contagioso, voto se peregrinam fecit B. Virgini, & subito à contagione euasit libera. Insuper pari modo filius Ioannis Lochisi Brugetensis, ac filius Gulielmi à Tornaco Bassiensis sese à tumore experti sunt liberos. Et in miraculis B. Virginis Exhilaratricis in Picardia traditur, quod anno supra millesimum quingentesimo octuagesimo secundo grassante ac multum saeuente peste, in pago Bayo in Tiracia sito iuxta Abbatiam Bourfontaine nuncupatam, eiusdem Abbatia religiosus quidam, cui nomen F. Antonius Hutinus, sacerdos, ex Vreunio oriundus, in dicto pago cum esset, dicto etiam morbo contagioso correptus fuit: Et ita quidem ut rationis & sensus corporisq; sensu destitutus loquelaq; quatuor dierum spatio orbatus pro mortuo fuerit proclamatus. Verum eodem instanti quo quidam se eius nomine B. Maria Exhilaratrici deuouerunt peregrinos, plena forma ique voce decantare capit antiphonam. **SALVE REGINA.** Modi oque temporis spatio preterlapso, gloriosa Virginis precibus ac intercessione, ipse cum custode à pestifero morbo miraculose præserruatus est. In cuius rei non ingratam memoriam, tabellam dicti miraculi historiam complectentem transmisit, qua adhuc in dicta extat Ecclesia.

Mirac. 8.

Porro contra pestem orandi sunt quinque Psalmi B. Virginis ex Psalterio S. Bonauenturae extracti, complectentes per acrostichidem nomen **MARIA**, quorum quilibet continet 12. versus, ad coronam 12. stellarum applicatos: quos cum totâ fide & emendationis proposito deuotè legeris, quod petieris indubiè, vel secundum diuinam dispositionem melius assequeris. Exemplum huius describitur in Medicamine spiritali contra pestem Constantiæ & Dilingæ proximis annis edito. Anno Domini 1470. Romæ in conuentu ordinis S. Augustini, templi quod dicitur ad S. **MARIAM de populo**, subito obierunt Peste infecti Custos & socius eius: Vnde Fratres (quandoquidem

Hos quæque Psalmos ad calcem huius libri inuenies.

non

Pestis ces-
sat Rome
ad perso-
lutionē
quinque
Psalmo-
rum se-
cundum
nomen
MARIAE.

non longè antea, eosdem in infirmario alloquuti fue-
rant) perterriti sunt. Conuocans autem Prior omnes
Fratres, conuenit cum eis de quinque hisce Psalmis, si
Pestis illa cessaret, perpetuis temporibus ad DEI lau-
dem, & gloriosæ Virginis MARIAE, per vnum de con-
uentu Fratrem quouidie persoluendi. Mirum cer-
tè, Fratribus vorum fideliter reddentibus, pestis omnis
non tantum tunc cessauit, sed nec vnquam vsque nunc
quempiam de conuentu molestauit. *Novi pue-
rum* (inquit Auctor Stellarij) *qui in peste, cum se sen-
tiebat infectum, nouem Sicibus cum AVE MARIA
apostematis locum consignauit, & sic sapius liberatus est,
nec vnquam ei pestis prauuluit.* Ac sanè opifera
hæc Virgo semper, si non à corpore pestem abstergit,
saltem animum cultorum suorum ad mortem piè for-
titerque subeundam in primis confirmat. Eius rei
non minus recens quam illustre exemplum accipe, ex
litteris ad Congregationem B. Virginis Annunciatae
Ingolstadium datis, à Congregatione eiusdem Diuinæ
Virginis Purificatae Bruntrutana, vltimo Februarij An-
no supra millesimum sexcentimum vndecimo. A-
dolescens erat bonis moribus egregiè commendatus,
& præsertim in Dei Matre honoranda inter suos soda-
les eminenter clarus. Nomen illi erat, Ioannes Geor-
gius Schliz Weck, Patria Rubeacum. Hunc adoles-
centem pestifera lues, quæ minitabatur, à studijs auul-
sit & Bruntruto excedere iussit. Sed pestem, quam
Bruntruti fugit, Rubeaci reperit, vel mors potius, quæ
illum peregrè quæsiuerat, in patria inuenit. Nam in
domo paterna (vbi bimestre forsan permansit) lethi-
fera labe contactus est, vt vbi vitam accepit, ibidem vi-
tam deponeret, & ad meliorem patriam cælo iam ma-
turus commigraret. Et ecce cum vis morbi augeret,
generosique spiritus adolescens, intestinis contagij in-
cendijs grauitè se agitari sentiret, non medicorum o-
pem, non consanguineorum manum, non cetera hu-

mani

mani auxilij remedia insanis vociferationibus postu-
lavit, sed id vnum ac sapius astantes monuit & rogavit,
vt se per litteras Parthenijs sodalibus commendarent,
quibus dictis, *tam diu brachijs extensis ante Christum*
cruci suffixum perstitit, & sique dum tandem ex hac mortali,
ad illam immortalem vitam excederet. Qua eius mor-
te qui aderant non solum viuere didicerunt, sed etiam
scriptis ad Bruntrütanos sodales litteris testati sunt,
cum admirabili sua patientia, animi fortitudine, pieta-
teque plane singulari omnes maximopere excitasse per-
mouisseque.



SANCTI ETIAM HOMINES
ALIQUANDO, AD VIRTUTIS
probationem, peste per-
cussi.

CAPVT V.

Ceculta esse & inscrutabilia DEI iudicia,
sæpenumerò sacrarum litterarum testantur
monumenta, hinc pestiferam illam luem,
de qua agimus, non semper grassari in im-
probos & peccatores, sed etiam aliquando, DEO sic
agente, ad accuratam *Virtutis probationem*, in iustos 16. causa
& sanctos homines subsequens declarabit narratio.
Ac primum Simeon Metaphrastes tradit id de S. Eu-

Apud Su.
tom. 6. 2.
die Non.

stachio Romani primùm exercitus Duce, ac postmodum clarissimo Martyre, sequentibus verbis: *Non multi dies praterierant, & domum Ducis repente inuadit pestis, qua ab initio quidem seruos & ancillas d'pascens, totam quidem domum reddit vacuam famulis: deinde autem serpens, aggreditur omnes equos, & mulos, & boues, & exedit omnes eorum greges, adeo ut breui omnis eius brutorum animantium possessio funditus interierit. Hoc autem praclarum par decertatorum intelligit quidem hoc esse principium & proamium tentationum: ferebat vero forti animo, parens sapienti Iacobo, qui in sua epistola, iubet nos omnes existimare gaudium, quando in varias inciderimus tentationes. Causa autem: quod probatio, inquit, fidei operatur tolerantiam. Ferebant ergo forti & generoso animo ea, qua inferebantur. Hoc autem solum petebant, ne eos desereret gratia tolerantia benignè adspiciens.*

Beda li
Hi. An.
4. c. 7. 8.
9. & 10.

Eccles. 3

Lues
graftatur

Asserit item venerabilis Beda, sanctissimum Episcopum Ceaddam pestifera lue, ex hac vita subtractum anno 672. sequentibus verbis: *Cum in illa provincia, Merciorum scilicet, cui dictus Ceadda Episcopus datus erat) duobus annis ac dimidio Ecclesiam gloriosissimè rexisset, affuit, superno dispensante iudicio, tempus de quo loquitur Ecclesiastes: Quia tempus mittendi lapides, & tempus colligendi. Superuenit namque clades diuinitus missa, qua per mortem carnis viuos Ecclesia lapides de terrenis sedibus ad aedificium caeleste transferret. Pergit dicere de vita & ad Deum transitu eiusdem Episcopi, qui dicto anno contigit sexto nonas Martias: de quo magni meriti viro, Ouino monacho multa habet, pluraque etiam de nonnullis sanctis virginibus monasticam vitam agentibus sub sancta Eldiburga Abbatissa tunc ex hac vita ad Deum receptis, ipsiusque Eldiburgæ ex hac vita migratione, signis caelestibus earum dem sanctitate omnibus testata: quæ tu consulas.*

Rursum anno Christi 681. graui fame ac peste

laboratum

laboratum in Anglia, testatur Beda, cum id contigisse tradat tres post annos ab apparitione cometa illius, qui mensibus tribus perdurauit, vt ex eodem auctore colligitur, qui hæc habet post alia quæ ad famem spectant: *Euangelizans autem genti Episcopus Wilfridus, non solum eam ab arumna perpetua damnationis, Verum & à clade infanda temporalis interitus eripuit: siquidem tribus annis ante aduentum eius in prouinciam, nulla illis in locis pluuia ceciderat: Unde & fames acerbissima plebem inuadens, impiâ nece prostrauit. Denique fertur, quia sæpe quadraginta simul aut quinquaginta homines in mediâ macerati procederent ad præcipitium aliquod, siue ripam maris, & iunctis miserè manibus pariter omnes aut ruinâ perituri aut fluctibus absorbendi deciderent. Verû ipsa die quo baptisma fidei gens suscepit illa, descendit pluuia serena & copiosa, reffloruit terra, redijtq; viridantibus aruis annus letus & frugifer.*

Quod verò ad lucem pertinet, quæ ex more famem secuta est, idem Beda quomodo ab ea liberati sint serui Dei, narrat verbis istis: *Eodem sermè tempore, quo ipsa prouincia nomen Christi suscepit, multas Britannia prouincias mortalitas seu corripiebat: quæ cum præfatum quoque monasterium, cui tunc regendo reuerendissimus ac religiosissimus Christi sacerdos vocabulo Eappa præfuit, nutu diuinæ dispensationis attingeret, mulique siue de his qui cum Antistite illo venerant, siue de illis qui de eadem prouincia Saxonum nuper ad fidem fuerant vocati, passim de hac vita raperentur, & sum est fratribus triduanum ieiunium agere, & diuinam suppliciter obsecrare clementiam, Et misericordiam sibi dignaretur impendere, siue periclitantes hoc morbo à præsentis morte liberaret, seu raptos è mundo à perpetuâ animæ damnatione seruaret. Erat tunc temporis in eodem monasterio puerulus quidam de natione Saxonum nuper vocatus ad fidem, qui eadem tactus infirmitate, non pauco tempore recubans in lectulo iacebat. Cum ergo secunda memoratis*

ieiunij

Bed. l. 4.

c. 13.

17. Causa

Bed. eod.

li. c. 12.

Fames
ingens
in Anglia

Bed. l. 4.

c. 14.

Pestis in
Anglia.

ieiunij ac supplicationum dies ageretur, contigit forte ipsum puerum hora ferme secunda diei, in loco in quo ager iacebat, solum inueniri. Cui diuina dispensatione subito beatissimi Apostolorum Principes dignati sunt apparere: Erat enim puer multum simplicis ac mansueti animi, sincer. quo deuotione sacramenta fidei, qua susceperat, seruans.

Nuntiū
diuinum
de salute
Monachorum.

Salutantes ergo illum uerbis piissimis Apostoli dicebant: Noli timere, fili, mortem pro qua sollicitus es: non enim te hodierna die ad caelestia regna sumus perducturi: sed primum expectare habes, donec Missa celebrentur, ac uatico Dominici corporis ac sanguinis accepto, sic infirmitate simul & morte absolutus ad aeterna in caelis gaudia subleue- ris. Clama ergo ad te Presbyterum Eappam, & dicito illi, quia Dominus exaudiuit preces uestras, & deuotionem ac ieiunia propitius aspexit: neq; aliquis de hoc monasterio, siue de adiacentibus ei possessiunculis, hac clade ultra moriturus est: sed omnes qui alicubi de uestris hac agritudine laborant, resurrecturi a languore ad pristinam sunt sospitatem recuperandi, praeter te solum, qui hodierna es die liberandus a morte, & ad uisionem Domini Christi, cui fideliter seruisti, perducendus in caelum: quod diuina uobis misericordia per intercessionem religiosi ac Deo dilecti Regis Osualdi, qui quondam genti Nordanhumborum & regni temporalis autoritate, & Christiana pietatis, qua ad regnū perenne ducit, deuotione sublimiter praefuit, conferre dignata est: hac enim die idem Rex ab infidelibus in bello corporaliter extinctus, mox ad sempiterna animarum gaudia assumptus in caelum, & electorum est sociatus agminibus. Querant in suis codicibus, in quibus defunctorum est adnotata depositio, & inuenient illum hac (ut diximus) die raptum esse de seculo. Celebrent ergo Missas per cuncta Monasteria oratoria huius siue pro gratiarum actione exaudita sua deprecationis, siue etiam in memoriam praefati Regis Osualdi, qui quondam ipsorum genti praerat, ideoque pro eis quasi pro sua gentis aduenis supplicat orabat ad Dominum: & cunctis conuenientibus ad Ecclesiam fratribus, com-

munificent

munificent omnes sacrificiis caelestibus, ita soluto ieiunio corpus quoque suis reficiant alimentis.

Quae Verba cum omnia Vocato ad se Presbytero narrasset, interrogauit eum sollicitus, quales essent habitu, & specie Viri, qui sibi apparuissent. Respondit. Praclari omnino habitu & Vultu erant latissimi ac pulcherrimi, quales numquam ante videram, neque aliquos hominum tanti decoris ac Venustatis esse posse credebam. Vnus quidem attonsus erat sicut clericus, alius barbam habebat prolixam, dicebantque quod vnus eorum Petrus, alius Vocaretur Paulus, & si essent ministri Domini & Saluatoris nostri IESU Christi ad tuitionem nostri monasterii missi ab ipso de caelis. Credit ergo Verbis pueri presbyter, & st itim egressus requisit in Annali suo, & inuenit eadem ipsa die Osuualdum Regem fuisse peremptum. Vocatisque fratribus, parare prandium, Missas fieri, atque omnes communicare more solito praecepit; simul & infirmanti puero de eodem sacrificio Dominica oblationis pariculum deferri mandauit. Quibus ita gestis, non multo post, eadem ipsa die puer defunctus est, suaque morte probauit, Vera fuisse Verba, qua ab Apostolis Christi audierat. Sed & hoc Verbis eius testimonium perhibuit, quod nemo prater ipsum tempore illa ex eodem est monasterio raptus de mundo. Ex qua primum visione multi qui haec audire potuerunt, & ad exorandum in aduersis diuinam clementiam, & ad salutaria ieiuniorum remedia subeunda sunt mirabiliter accensi. Et ex eo tempore non solum in eodem monasterio, sed & in plerisque locis aliis cepit annuatim eiusdem Regis ac militis Christi natalitius dies Missarum celebratione Venerari. Haec Beda.

Petrus &
Paulus in
visione
cogniti.

Fuerunt eodem pestis tempore aliae complures emissae caelitum visiones ostensae corde puris Dei seruis, quae cuncta quasi imbrem super plantatam recens Ecclesiam ad eam multiplicandam Deus concedere voluit, quae & scriptis fideliter posteris tradi ad excitandam fidelium tepelcentium pietatem aequè concessit; ex quibus Beda ipse descripsit, nosque ex multis hinc

ex

Bed. l. 4.
o. 7.

De loco
camere-
rii diui-
nitus de-
monstra-
to.

ex ipso reddamus, quæ eodem libro, cum agit de sanctissima Abbatisa Edilburga. de ipsius & aliarum ad Deum transitu habet his verbis: *In hoc etenim monasterio plura virtutum sunt signa patrata qua & ad memoriam, adificationemque sequentium ab iis qui nouere, descripta habentur à multis, è quibus & nos aliqua historia nostra Ecclesiastica inserere curauimus. Cum tempestas saepe dicta cladis late cuncta depopulans, etiam partem monasterii huius illā, quā viri tenebantur, inuasisset, & passim quotidie raperentur ad Dominum; sollicita mater congregationis, quā horā etiam monasterij partem, quā ancillarum Dei caterua à virorum erat secreta contubernio, eadem plaga tangeret, crebrius in conuentu sororum perquirere capit, quo loco in monasterio corpora sua poni & cameterium fieri vellent, cum eas eodem quo ceteros exterminio raptari è mundo contingeret.*

Cumque nihil certi responsi, tametsi sapius inquirens, à sororibus accepisset: accepit ipsa cum omnibus certissimum superna prouisionis responsum. Cum enim nocte quadam, expletis matutina laudis psalmodiis, egressa de oratorio, famula Christi ad sepulchra fratrum, qui eas ex hac luce precesserant, solitas Domino laudes decantarent: ecce subito lux emissa cœlitus, & eluti lint cum magnum venit super omnes; tantoque eas stupore perculit: ut etiam canticum, quod canebant, tremefacta intermitterent. Ipse autem splendor emissa lucis comparatione Sol meridians videri posset obscurus, non multo post illo eleuatus de loco, in meridianam monasterij partem, hoc est, ad occidentem oratorij secessit, ibique aliquandiu remoratus, & ea loca operiens, sic videntibus cunctis, ad cœli se alta subduxit, ut nulli esset dubium, quin ipsa lux, qua animas famularum Christi esset ductura vel susceptura in cœlis, etiam corporibus earum locum, in quo requiescitur & diem resurrectionis essent expectatura, monstraret. Cuius radius lucis tantus extitit, ut quidam de fratribus sensor, qui in ipsa hora in oratorio eorum cum a

lio iuniorē positus fuerat, referret quod mane ingressi per
rimas ostiorum & fenestrarum radij lucis omnem diurni
luminis viderentur superare fulgorem. hæc de visione
indicante locum cæmeterij construendi: quibus signifi-
ficatum diuinitus fait, quod et si *Domini est terra* & *plenitudo eius*,
& in manu eius omnes fines terræ, & ubicunque sepulti fideles sint,
in manu Dei sunt ossa eorum: peculiari tamen ipsum membra sui corporis
prosequi curâ ac prouidentia, monereque proinde mortales,
eodem pio cultu venerari debere sacros cineres, quorum locum desuper
tanto fulgore ipsa dignata est Diuinitas illustrare. Subijcit his Beda
alia de sanctis virginibus & mortalibus erutis, ac demum de ipsa
Aldiburga ex eadem lue perempta, atque in cœlum vnâ cum illis ad Deum
perducta: quæ cuncta nos breuitatis gratiâ præmittimus; tu loco citato
ipsū poteris auctorem consulere.

Non absque te videtur hæc subiungenda esse sententia D. Cypriani, qua cum debiles nititur excitare ad
tolerantiam & contemptum humanæ vitæ amore cælestis, tum etiam angusti pectoris homines qui offenderentur,
quod debitum Gentilium crudelitati supplicium, Christianos quoque pertingeret; his alloquitur
verbis: *Monet quosdam, quod sit nobis cum ceteris mortalitas ista communis.* Quid enim nobis in hoc
mundo non commune cum ceteris, quando adhuc secundum legem prima natiuitatis manet caro ista
communis? & post aliqua. *Quin immo si qua conditione, qua lege crediderit Christianus noscat, & teneat: sciet, plus sibi, quam ceteris in hoc seculo laborandum, cuius magis sit cum diaboli impugnatione luctandum.* Sed quam dispar accideret vtrisque hæc quæ eiusdem cladis videretur
Gentilibus ac Christianis collata æqua mensura, post multa declarat sic dicens: *Multi ex nostris in hac mortalitate moriuntur; hoc est: Multi ex nostris de seculo liberantur.* *Mortalitas ista ut Iudæis & Gentilibus*

¶ Chri.

& Christi hostibus pestis est: ita Dei seruis salutaris excessus est. & paulo inferius. *Improbi & ingrati sumus, fratres dilectissimi, ad diuina beneficia: nec quid nobis conferatur, agnoscimus. Excedunt ecce in pace tuta cum gloria sua Virgines, venientis Antichristi minas & corruptelas & lupanaria non timentes: pueri periculum lubrica aetatis euadunt, ad continentia atque innocentia primum feliciter perueniunt: tormenta iam non timet delicata matrona, metum persecutionis, & manus, cruciatuque carnificis moriendi celeritate lucrata. Pauore mortalitatis & temporis accenduntur tepidi: constringuntur remissi: excitantur ignaui: desertores compelluntur, ut redeant: Gentiles coguntur, ut credant. Annumerat & alia multa quae ex ea peste Christianis in compendium cederent.*



S. SEBASTIANI SPECIALE, PATROCINIUM, CVM ALIIS HISTORIIS NOTATU DIGNIS,

CAPVT VI.

18. *Causa*

*Paul. dia
4. 6. ca. 5.*



Nno incarnati verbi 680. mense Iulio post Luna eclipsim pestis ingens vastauit urbem & alias nonnullas Italiae ciuitates; de qua ista habet Paulus diaconus: *His temporibus per indictionem octauam Luna eclipsim passa est. Solis quoque eclipsim eodem penè tempore hora disci quasi*

deci

decimâ, quinto Nonas Maias, effecta est; moxque secuta est grauiſſima peſtis tribus menſibus, hoc eſt Iulio, Auguſto, & Septembri. Tantaque fuit multitudo morientium, & etiam parentes cum filiis, atque fratres cum ſoribus, bini per feretra poſiti apud Urbem Romam in ſepulchra deducerentur. Pars etiam modò hæc peſtilentia Ticinum quoque depopulata eſt: ita & cunctis ciuibus per iuga montium, ſeu per diuerſa loca fugientibus, in foro & per plateas ciuitatis herba & fructa naſcerentur.

Tuncque viſibiliter multis apparuit, quia bonus & malus Angelus noctu per ciuitatem pergerent, & ex iuſſu boni Angeli malus Angelus, qui videbatur ſenabulum in manu ferre, quotiens de ſenabulo oſtium cuiuſcumque domus percuſſiſſet, tot de eadem domo die ſequenti homines interirent. Tunc per reuelationem cuiſdam dictum eſt, quod peſtis ipſa prius non quieſceret, quam in baſilica, qua beati Petri ad Vincula dicitur, S. Sebaſtiani martyris altarium poneretur. Factumque eſt, & delatis ab Urbe * Roma beati Sebaſtiani martyris reliquis, mox & in iam dicta baſilica altarium conſtitutum eſt, peſtis ipſa quieuit. Huc uſque Paulus. Egregium hoc ſancti martyris monumentum, veneranda item eius imago opere muſiuo expreſſa, atque hæcenus integra extat in titulo; Eudoxiæ ad vincula ſancti Petri, ſimili aſpectu & barba, quod pictores admoneat, qui eum iuuenem palo alligatum perperam pingunt: diuino monitu etiam altare ibidem ad lucem propulſandam erectum eſt temporibus Papæ Agathonis; vt ex Pauli diaconi hiſtoria de geſtis Longobardorum iam vidimus. Vnde etiam proueniſſe videtur, vt poſteri fideles eundem ſanctum ad euitandam imminentem peſtis cladem, conſueuerint habere patronum. Ex illo quoque hæc propagata ad poſteros religio eſt, vt peſtis tempore voti cauſâ imago eiuiſdem S. Sebaſtiani diuerſis in locis pingi ſoleret, ſed & in eius memoriam altaria erigi, immò etiam & Eccleſias fabricari. Hinc

Quæ viſiones apparuere.

* ad urbem Romam.

Car. Bar. in notis ad Martyrol.

quidem per vniuersam Ecclesiam Catholicam magna in veneratione habetur, adeò vt vix oppidum inuenias, vbi effigiem huius sancti non videas. Omnes eum honore & reuerentia magna prosequuntur, ita vt etiam magno numero insignes & præclaræ eius nomine Ecclesiæ in quâ plurimis ciuitatibus inueniantur institutæ; eò quod videant, hunc sanctum esse fauorabile & propitium tempore pestilentia, his qui inuocant illum: huius enim sancti intercessione & precibus quidem ante Deum fufis, videmus multos liberari frequentissimè à morbo illo contagioso atque immanissimo, ita vt iam tanti sancti patrociniū notissimum sit toto orbe, omnesque eum in huiusmodi necessitate patronum habeant.

Apud Re-
gin. hoc
anno.

Witich.
de reb.
Sax. li. 3.

Anno Christi nongentesimo quinquagesimo sexto, grauissima pestilentia vexauit Boreales prouincias, prodigiosis antea in vestibis crucibus apparentibus. Ea autem & ipse Otto Romanorum Rex tactus, sancti Viti martyris intercessione liberatur. De eo enim ita Witichindus: *Eo tempore Imperator & ipse a rotare cepit, sed meritis Sanctorum, quibus fide iugiter obsequium præbet, maximèque patrociniū inuolati martyris Viti, qui aperuit os suum, de infirmitate conualescit, & mundo, vt Sol lucidissimus, post tenebras ad omnem decorem & delicias condonatur.* hæc ipse.

Verè admiranda sunt quæ Ioannes Diaconus, ad finem rerum gestarum sancti Gregorij refert accidisse tempore Benedicti Papæ anno Christi 856. (quo Tyberis inundationem secuta est pestis, qua fluxione guttur obstructum, citam mortem inferret) dam agit de signis & prodigijs, quæ fieri contigerunt in monasterio eiusdem S. Gregorij ad Cluium Scauri: *Benedicti (inquit) quoque Pontificis tempore Lucido Ficuleno Episcopo eidem monasterio præeminente, cum pestilentia saucum multitudo quotidie maxima deperiret: idem monasterium.* Ioannes scilicet spiritu prophetiæ imbutus,

venit

Venit ad mortem. Cui desperanti beatus Gregorius in somnis apparuit, dicens: Vis sanus fieri? At ille se velle, respondit. Et beatus Gregorius: Si mihi, inquit, promiseris qua tibi dixero, fore dicturum; scito te esse sanandum, si vero, citius moriturum.

Erat vir Dei humilis corde, & quod à Deo fuerat donum prophetiæ consecutus celare studebat, ut etsi ventura sciret, non diceret, hac de causa sub vitæ periculo compellat eum sanctus Gregorius, pergit Auctor. Cumque ille se dicturum tota certitudine promitteret, audiuit: Ito denuntians Saba, Ioanni, Benedicto, Martino, Palumbo, & Antonio monachis, Laurentio coco, Geminoso carpentario, Accepto pistori, Andrea, Romano, & Leoni laicis, quoniam à crastino incipientes, omnes dietim se moriendo subsequenter. Post quorum decessum denuntia, Lucidum Episcopum, qui tenet id monasterium, die septima moriturum. His dictis monachum oscitare precipiens, duos digitos in fauces coniecit, vulnusque discutiens, ut excrearet, iniunxit. Ille tussiens partem coagulati sanguinis, in morem lapidis, reuera proiecit: & ab ipsis pene mortis ianuis liberatus, eadem nocte contra spem omnium matutinalibus hymnis interfuit, & mirantibus fratribus, sanitatis suæ modum innotuit: quos, quando, & qualiter ex monasterij familia morituros prauiderit, indicauit. De sola interim Episcopi morte dubitando conticuit. Et è vestigio in cunctorum morti deputatorum auribus volans fama discurret. Et dum ex relatione monachi se morituros certa die cognoscerent, dispositis suis reculus, ita se in morte secuti sunt, sicut fuerant in somno nominati.

Cumque presbyter & monachus Lucido Episcopo tam durum nuntium reuelare timeret, tacere autem penitus non auderet; monasterio se tandem proripuit, & in domum Episcopi non longè flumine Tyberis è regione videlicet iuxta basilicam sanctorum Cyri & Ioannis positam, somnium nuntiaturus accessit. Quem scilicet ubi cum Pontifice in palatio prandere cognouit: expectans

De proxime morituris vaticinium.

De obitu Lucidi Episcopi,

redeuntem, sacerdotalibus Vestimentis indutum, colore fulgidum, Saletudine quoque sanissimum salutare curauit. Cui Episcopus ait: Iam nunc in tota Vrbe pro diuino haberi, qui de his, quos morituros pronuntiaſti, solus vnus remansit. At ille: Vtinam sicut & ille quem viuere putas defunctus est, sic ipse qui hunc sequi praedictus est, exiliret. Cumque Episcopus de eo tota curiositate requireret, & monachus dicere palpiteret: tandem vbi die sexto se moriturum cognouit, expalluit, atque contremuit; resumptisque viribus contra monachum frenduit, quem redire volentem retinuit: in interiora cubiculi peruagus penetrauit, paulatim sibi fauces dolere praesentit; deinde tacto pulsu, mox febris signa cognouit, monacho credidit, domum suam disposuit, ad monasterium cui praerat, eisdem redimitus, quibus a Patriarchio reuersus fuerat, venit. Secunda feria, cunctis tam subitam conuersionem mirantibus, monachicum habitum suscepit; & paulatim, ingravescente morbo, sexta feria diluculo obdormiuit. Et denuo suscitatus, apparuisse sibi sanctum Andream Apostolum, seque circa horam tertiam Vocandum esse, sibi que praecipium perhibuit, Et quia sua mortis expectatione suspensi mona. hi S. Fabiani munia solita celebrare non poterant, mox corpus suum sepultura traderent; acceptisque a se cereis, ac thymiamatibus, ad peragenda solennia festinarent. Hora itaq; tertia Episcopus latus defungitur, Et in ipsa cultus eius latitia, conuersio ipsius Deo fuisse placabilis cunctis videntibus monstraretur.



QVOMODO SANCTORVM
MERITIS ET INTERCESSIONE
integræ Respublicæ & Vrbes à
peste liberatæ fue-
rint.

CAPVT VII.

MOnachium Ducalis vrbs Bauarica, patrum
adhuc memoriâ sacris S. Bennonis Mis-
nensis Episcopi ipsanis exornata, ab illo
interim tempore a peste ferè libera extitit,
quod eius meritis incolæ non immeritò adscribunt,
cum antea singulis penè annis non paucos eorum, non
solum infici verum etiam confici contingeret.

*Sed nec illud sileri placuit, quod illo gestum est tem-
pore, cum lues inguinaria populum Prima Germania deua
staret. Cum autem omnes terrerentur huius cladis
auditu, cucurrit Rhemensis populus ad S. Remigii sepul-
chrum, congruum huius causa flagitare remedium. Ac-
censis cereis, lychnisque non paucis, hymnis, psalmisque ca-
lestibus per totam excubat noctem. Manè autem facto,
quid adhuc precatui desit, in tractaturimatur. Repe-
riunt etenim, reuelante Deo, qualiter oratione premis-
sa, adhuc maiori propugnaculo Urbis propugnacula muni-
rentur. Assumpta igitur palla de beati sepulchro, compo-*

Greg. de
glor. con-
fess. c. 79.
Rhemen.
ses effu-
giunt pe-
stem ope
S. Remi-
gij.

nunt in modum feretri : accensisque super cruces cereis atque ceroferalibus, dant voces in canticis : circumueunt urbem cum vicis, nec prateriunt illum hospitium, quod non hac circuitione concludant. Quid plura? Non post multos dies, fines huius ciuitatis lues aggredditur memorata. Veruntamen &que ad eum locum accedens, quo beati pignus accessit, ac si constitutum cerneret terminum, initio ingredi non modo non est ausa, sed etiam qua in principio peruaserat, huius virtutis repulsu reliquit. hæc Gregorius : qui & quonam modo Treuerensis etiam ciuitas ab eadem ingruente tunc lue fuerit liberata per S. Nicetium, narrat in libello, quo eiusdem Sancti res gestas profecutus est, his verbis :

Greg. Tu-
ron. in lib.
vita S. Ni-
ceti.
S. Niceti-
us liberat
Treuerē-
ses ab in-
guinaria.

Cum autem lues inguinaria Treuericum populum in circuitu ciuitatis valde vastaret, & sacerdos Dei pro omnibus commissis Domini misericordiam imploraret assistens : factus est sonus de nocte magnus tamquam tonitruum validum super pontem amnis ita ut putaretur urbs ipsa absorberi. Cumque omnis populus exterritus in lectis resedisset, letiferum sibi interitum operiens : audita est in medio vox una ceteris clarior, dicens : Et quid hic, o socii, faciemus? Ad unam enim portam Eucharius sacerdos obseruat, ad aliam Maximinus excubat, in medio versatur Nicetius : nihil hic ultra praualere possumus, nisi sinamus hanc urbem eorum tuitioni. Hac audita voce, statim morbus quieuit, nullusque ab eo ultra defunctus est. Vnde non ambigitur, virtute memorati Antistitis fuisse defensam Hucusque Gregorius. Quomodo etiam precibus S. Galli Episcopi populus Aruernensis sit liberatus, idem Auctor, hæc ait: Huius tempore, cum lues illa, quam inguinariam vocant, in diuersas regiones de sauiret, & maxime tunc Arelatensem prouinciam depopularetur : sanctus Gallus Aruernensis Episcopus non tantum pro se, quantum pro populo suo trepidus erat. Cumque die noctuque pro populo deprecaretur, et viuens plebem suam vastari non cerneret : per visum

Greg. hist.
Franc. li.
4 c. 5. &
in vita S.
Galli.
S. Gal. li-
berat Ar-
uernēses
ab ingui-
naria.

noctis

noctis apparuit ei Angelus Domini qui tam casariam quam vestem in similitudinem niuis candidam efferebat; & ait ad eum: Bene enim facis, o sacerdos, quod sic domino pro populo tuo supplicas: exaudita est enim oratio tua, & ecce eris, cum populo tuo ab hac infirmitate liberatus; nullusque te vivente, in regione ista ab hac strage deperiet: nunc autem ne timeas, post octo vero annos time. Unde manifestum fuit, transactis his annis, eum e seculo discessurum. Expergefactus autem, & Deo gratias pro hac consolatione agens quod eum per caelestem nuncium confortare dignatus est, Rogationes illas instituit, Et media Quadragesima psallendo ad basilicam beati Iuliani martyris itinere pedestri venirent: sunt enim in hoc itinere quasi studia trecenta sexaginta. Tunc etiam in subita contemplatione parietes vel domorum vel ecclesiarum signari videbantur; Unde a rusticis hac scriptio Thau vocabatur. Cum autem regiones alias (Et diximus) lues ista consumeret, ad civitatem Aruernam, S. Galli intercedente oratione, non attigit. Unde hanc non parvam censeo gratiam, qui hoc meruit, Et pastor positus oves suas deuorari, defendente Domino, non videret, hanc Gregorius, qui eadem reperit, cum eiusdem S. Galli collectas res gestas conscripsit. Sed quid timendum esse post annos octo Angelus praedixit, cum videlicet ipso Sancto defuncto, in locum eius subrogatus est Cautinus Episcopus Aruernensis, etiam hic subiungere placet.

Ipse enim S. Gallus, dum vixit, extitit suis mediator apud Deum, tamquam Moyses, qui stetit in con-
 fractione in conspectu eius, Et auerteret indignationem eius, ne disperderet eos: Vbi vero mortuus est, sublato de
 medio tanto obice, tamquam vinea macerie spoliata, de qua scriptum est: Auferam maceriem eius, & erit
 in direptionem, mox lues illa inguinaris, quae ante annos octo Italos & Gallos afflixit, Aruernos autem, Sancto intercedente, non laeserat, populum illum in-

Psal. 106.

& Exod.

32.

Isai. 5.

Gr̄eg. Tu
ron hist.
Franc. li.
4. c. 15.

Idem de
Glor.
Mart. lib.
2. c. 45.

4. Reg. 1.

Pulvere
sepulchri
S. Marty
ris curati
infirmi.

ualit, magnaue clade affectit, vt Gregorius ipse testa-
tur, cum de diuina virtute, quam tunc fuit in famulo
suo expertus per sancti Iuliani martyris Aruernensis re-
liquias, ita alibi narrat: *Inter reliqua vero insignia sus-
cipiendorum miraculorum ponimus & istud, quod insipientes
corrigit, & roboret sapientes. Igitur Cautini Episcopi tempore,
quorumque peccatis populi Aruernae regio ab excidio lu-
is, quam inguinaria vocant, deuastabatur: ego Briuatensem
vicum expetii, scilicet ut qui meritis tutari nequibam, beati
martyris Iuliani tutarer presidio. In quo dum com-
morarer vico, vnus puer ex nostris ab hoc morbo corripitur:
reclinatoque ad lectulum capite, grauius agrotare cepit.
Erat autem febris assidua, cum stomachi pituita, ita ut si
quid acciperet, confestim eijceret, nec erat ei cibus conforta-
tio, sed magis exitus putabatur. Denique mei cum vide-
rent eum in extrema vexari, hariolum quendam inuocant.
Ille vero venire non differens, accessit ad agrotum, & ar-
tem suam exercere conatur, incantationes immurmurat,
sortes iactat, ligaturas collo suspendit, promittit viuere quem
ipse mancipauerat morti. Hac autem me in scio agebatur. Qua
cum mihi delata fuisset, amarissimus reddor, & cum graui su-
spirio illud commemoro quod Dominus per Eliam Prophetam O-
chozia Regi pronunciat dicens: Quia dereliquisti Dominum
Deum Israel, & consulisti Deum Accaron, ideo de lectulo
in quo ascendisti non consurges, sed morte morieris. Nam
iste post aduentum harioli, validius febre succensus spiri-
tum exhalauit. Cuius post obitum interpositis paucis
diebus, puer alius simili laborare capit incommodo. Tunc
ego eis inquit: Accedite ad martyris tumulum, & aliquid
exinde ad agrotum de portate, & videbitis magna Dei,
atque cognoscetis quid sit inter iustum & iniustum, & in-
ter timentem Deum & non seruientem illi. Accedentes
autem, parumper pulueris circa sepulchrum iacentis sustu-
lerunt. De quo ut hausit infirmus cum aqua, protinus
affecutus est medicinam, recuperatisque viribus ac restin-
et a febre conualuit. Intelligite ergo nunc, o omnes qui in-*

insipientes

ſipientes eſtis in populo, & poſtquã ita diſcuſſeritis, ſcitote quia nihil ſunt qua ad ſeducendum humanũ genus diabolus operatur. Ideo moneo, ſi ſi quis vexillo crucis ſignatus, ſi quis baptiſmi abſolutione mundatus, ſi quis vetuſtate depoſita in nouo nunc homine ſiget, talia poſtponat ac negligat; querat autem patrocina martyrum, per quos ſanctatum miracula celebrantur: poſtulet adiutoria confeſſorum, qui merito amici ſunt Domini nuncupati; & qua ſoluerit, obtinebit.

Hucusque Gregorius, eandem ſpirans in ſacrarum reliquiarum cultu pietatem, qua omnes non Galliarum tantũ, ſed totius Catholici orbis ſanctiſſimi Episcopũ præditi ſemper fuerunt. Quod verò Aruernenses populi eã meruerunt affligi clade: ad alia ipſorum peccata, quorum Gregorius meminit, illud acceſſit, vt poſt obitum eius diuiſa ſchiſmate eccleſia illa fuerit, ſtudentibus alijs Catoni preſbytero, Archidiacono verò Caurino alijs, cum iſte dolo agens, clam profectus ad Regem, ab eodem dari ſibi petijt Epiſcopatum, quæ quidem omnia luctu digna idem Gregorius ſuo proſequutus eſt ſtylo.

Quomodo ieiunio & reliquijs ſanctorum immaniſſima peſtis in Flandria ſit propulſa, traditur apud Surium in vita S. Macarii Patriarchæ Antiocheni ſequentibus verbis: Sauebat tunc peſtis horrendum in modum, adeo vt perẽ tota prouincia hominibus orbari videretur: Excrescebant repente in palatis hominum puſtula, qua ſi non chirurgi ferro illico eſſent aperta, vt noxiuſ efflueret humor, actum erat de vita. Fuit ſanẽ inaudita quadam illius immaniſſima peſtis rabies, vincebatque ſuperſtites multitudo morientium, ſixque tot reliqui eſſe videbantur, quot poſſent cadaueribus humanis ſufficere. Iam omnis humani auxilii ſpes ablata erat, tandemque communi omnium ſententia decernitur, vt triduanum non modo hominibus, ſed etiam pecoribus & iumentis indicatur ieiunium, ad DE Implorandam opem omnes confugiant, & ſuffragia ſanctorum Gandau quieſcentium humiliter expetant,

19. Cauſa.
Aruernẽ-
ſis Eccle-
ſia ſchiſ-
mate la-
borat.

Greg. hiſt
Fran. l. 4.
c. 5. 6. 7.
Sur. tom
2. 10. Ap.

Tridua-
num ie-
iunium
hominũ
& bru to-
rum ani-
mãtium.

S. Macarius peste inficitur.

tantosque patronos, qui DEI misericordiam in eiusmodi periculis conciliare valde assueverint, in unum locum conferant. Sed dum hac illi religione Deum placare institunt, Deus suam non differt misericordiam, unumque ex omnibus eligit, in quem sauisima lues postremum irrueret. Is beatus fuit Macarius, qui quam feruenter & obnixè, quam multis cum lachrymis & suspiriis diuinam rogauerit clementiam, et hanc cladem a populo suo auerteret, dici nix queat. Sed dum ille pro aliis intercedit, commune benigna DEI prouidentia periculum cum aliis incurrit, saeuæque illa pestilentia infectus, primo amisit omnem loquendi facultatem, sed mox prophetica donatus gratia, nutibus & signis quibus poterat, pradixit præter se & alios duos neminem deinceps ea peste occubiturum. quod postea rei euentus approbavit. Deinde autem addita ei voce, iubet acciri reuerendum Abbatem Ereboldum cum fratribus: qui cum venissent, orauit quamprimùm tonderi sibi caput & barbam. Testamentum autem nullum condidit, quandoquidem peregrinus & pauper, unde condere, non habebat. Soli matri sua remisit partem barbae suæ, ne diu suspensam torqueret longa filii nunquam redituri memoria. Inde cum fratribus ingressus cryptam beatissima semperque Virginis Mariae, ante altare S. Pauli baculo designauit locum sepulturae suæ.

Corpora sanctorum exportantur.

Iam tertius instabat dies indicti ieiunij, etiam paruulis & utulis materna negantur uera, & modis omnibus prope vis infertur regno calorum. Efferuntur corpora sanctorum ex utroque monasterio, & fit hominum ingens concursus: ubiq; luctus, ubiq; lachrymarum magna vis, tollitur ad calum clamor virorum, mulierum, infantium, pecudes quoque & iumenta ad vacua praesepia edunt mugitus intolerabiles. Flectitur interim benignus DEVS: seueritatem lenitate temperat, & ut flagellando iustum iudicem, ita consolando pium patrem, utrobique fidem, nusquam crudelem se declarat.

Quomoa

Quomodo itidem pestis meritis S. Remacli Episcopi pulsa fuerit, describit Surius ex libro secundo Notgeri Leodiensis Episcopi de miraculis eiusdem sancti eiusmodi verbis.

Pace autem reddita, iam nihil morati, domum contendebamus: & ecce perfertur ad nos tristissimus nuncius, totum monasterium nostrum voracibus flammis absumptum. Eares nos valde consternavit: tandem visum est adire pradiolum Calcum, quod penè solum in ea vastatione nobis relictum erat. Sed illic tanta grassabatur lues, ut humanis vix superstites sufficerent cadaveribus, & quod dictu quoque factum est, plerumque duo vel tres in vno sepulchro conderentur. Ea res fratrum animos in diversa rapuit, alius dicentibus exilium tam presenti exitio anteferendum: alius contra asserentibus, nullum mortem euasurum, qui ea peste ex Dei voluntate sit periturus: fidendum virtuti beati confessoris, & incunctanter ad locum destinatum eundum, quorum sententia obtinuit, itumque est & breui peruentum ad pradiolum. Mira dicturus sum, sed fidem adhibeat, qui credit nihil impossibile Deo. Ad introitum nostrum omnis illa pestis, sancti Remacli meritis adeo extincta est, ut qui ea nondum laborassent, nihil ab ea mali paterentur: ex his autem, qui correpti ea erant, permulti sanarentur, cum hactenus quisquis eam sensisset, certam sibi mortem impedere non dubitaret.

Tradit Senatus Brauonius in vitâ S. Osuualdi Wigorniensis Episcopi, apud Surium, immanem pestem supplicationibus & reliquijs præfati sancti præsulis pullam fuisse, ita scribens: *Sæua pestis Wigornensem prouinciam populabatur, & indiscriminatim omni ætati & sexui repentinum exitium afferebat. Plerumque ambulantes vel stantes, subito corruerant, & sine penitentia & confessione expirabant. Tum verò monachi sancti antistitis loculum gestantes, & per orbis circuitum litanias cantantes pro salute populi Dominum deprecabantur. Et ecce confestim omnis illa pestis non modò à Wigorn-*

nia,

Sur. tom.
5. 3. Sept.

Stabulē-
se mona-
sterium
cōcrema-
tum.

Pestis pel-
litur me-
ritis S. Re-
macli.

Sur. tom.
5. Octobr.
15.

Apud
Card. Bar
tom. II.

nia, sed etiam à propinquis pagis, Unde ruricola, opem san-
cti Episcopi implorantes, aduenerant, penitus profligata
est.

Auctor quoque Aquitanicæ historiæ, cuius
tantum fragmenta super sunt, Lemouicæ factam eleua-
tionem corporis S. Martialis refert, ad propulsandam
luem, & mirabilem consecutum narrat effectum, his
verbis à:

*His diebus lues grauissima Lemouicinos de-
uorauit, incendens corpora, & exardescendo deuorans,
donec omnes Aquitania Episcopi Lemouicæ congregati cor-
pus beati Martialis ab imo sublatum Lemouicæ Aldui-
nus, qui erat successor Aldegerii, successoris Epli E-
piscopi.*

Videtur hîc ad calcem huius capituli non omit-
tendus S. Antonius, qui contra pestem & animalium &
hominum magnus est Patronus Heluetijs.



BREVIS HISTORIA SAN-
CTORVM HOMINVM, QVO-
rum adhuc in carne uiuentium preci-
bus placatus DEVS pestem
cessare fecit.

CAPVT VIII.



Vanius DEVS optimus, Maximus solet
humanum genus ærumnis & laboribus ad se
attrahere, & eius peccata huiusmodi flagel-
lis punire, conuenienter Regij Prophetæ
eloquio,

eloquio, dum dicit: *Conuersus sum in arumna mea.* *Æ-* *Psal. 31.*
 rumnæ autem illæ plerunque sint, bella, fames, & vt
 hactenus visum est, pestilentia; tamen misericorditer e-
 tiam prouidet, vt singulis calamitatum generibus, spe-
 ciales sint aduocati & intercessores. Vnde præter cæte-
 ros, superius iam enarratos, specialem patronum, pesti-
 fera incommoditate laborantibus concedere dignatus
 est, beatum Rochum, qui natione Narbonensis, apud
 montem Pessulanum, oppidum Narbonensis Gallia,
 (Agathopolis olim appellatum) patre Ioanne, matre
 Libera eius oppidi dominis originem duxit. Qui cum
 duodecimum attigisset annum, mox cibo & potu parcif-
 simè uti cepit. Mortuo patre ac matre, hæreditatem
 amplam egenis distribuit. & principatu se abdicans, pa-
 truoque suo oppida paterna tradens, abiectis rebus om-
 nibus, breui veste indutus, cum pileo & pera & baculo,
 ex Gallia in Italiam peregrinus peruenit; atque ibidem
 plures ciuitates & castella, videlicet Aquam pendentem,
 Cesenam, Romam, & alia plurima loca, truci pestilentia
 vexata, crucis impressione sanauit. Deinde cum om-
 nem ferè togatam Galliam morbo correptam perlustras-
 set, Placentiam, Transpadanam urbem, morbo infectã,
 se contulit, & ad quoddam hospitale diuertit, vbi ægro-
 tantes omnes ad vnum visit, signat, & sanat. Ipse inte-
 rim labore somnoque gratuatus, præmonetur à DEO se
 cruciatus corporis pati debere, cum statim acuta febre,
 & sagitta pestifera sinistra coxa transfixus fuit, vt eo do-
 lore ardoreque nullam quietem inueniret. Denique
 quia alijs ibi ægrotis suo gemitu hoc pacto molestus e-
 rat, è lectulo exiliens, ad exterius limen hospitalis se pro-
 iecit. Quod videntes ciues, metuentes ne tota ciuitas
 peste tangeretur, eum extra ciuitatem ad nemus quod-
 dam vicinum reperere fecerunt: vbi eum canis nobilis
 cuiusdam, ablato quotidie ex mensa domini sui pane, a-
 liquandiu aluit, & non multò post beatus Rochus iterũ
 à Deo bonam valetudinem est consecutus. Porro in-
 de digres-

S. Rochus
 plurimas
 ciuitates
 à peste li-
 berat.

Ipse labo-
 rat peste
 in sini-
 stra coxa

Piè mori
tur tan-
quam al-
ter Alexi-
us anno
1327.

NOTA.

Liberat
Cōstanti-
am ciui-
tatem à
peste.

de digressus, in Galliam longis & molestis itineribus delatus est, quippe ea tunc armorum strepitu vexabatur. Quare & in paterno oppido, quod patruo donauerat, versatus, à lictoribus tanquam explorator comprehensus est, & in vincula coniectus. Inde etiam in carcere quinquennij tempus consumpsit: quo exacto, cum maxima patientia & vitæ austeritate patruo incognitus ibi detentus fuisset, tanquam alter Alexius, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo septimo, sumptis diuinissimis sacramentis, anno vitæ trigesimo secundo, migravit in cælum. Orauerat prius vir sanctus ad Dominum, vt qui deinceps eius nomine Deum inuocarent, à peste protegerentur illæsi. Vnde ad latus eius tabella inuenta est, Angelicis, vt creditur, manibus allata, nempe concessisse Deum, vt qui piè beatum Rochum intercessorem adsciscerent, diuino beneficio gauderent. Quod vbi ad patruum Principem delatum fuit, cognoscens illum esse ex fratre nepotem, in lachrymas prouolutus, sanctissimum corpus summa pompa ad templum deferri fecit, ac templum extruxit, vbi per multos annos signis & miraculis effulsit. Cuius viri sancti merita cum apud Italos dudum latuissent, tandem anno millesimo quadringentesimo decimo quarto, (vel vt alij) quinto ad ipsos ex Germania nomen Rochi delatum fuit, eò quòd Constantiam Germaniæ urbem, vbi Concilium generale celebrabatur, à peste maxima liberasset. Nam decreto Patrum eiusdem Constantiensis Concilij, ad propulsandam ingruentem lucem eidem honores sanctis debiti sunt impensi: quando & solenni pompa eius imaginem, omni comitante populo, per urbem detulerunt: quo facto, illa pestis mox euauit. Inde verò exemplum sumptum est, vt vbi que locorum eius venerandæ imagines, altaria, sacella, ac denique templa erecta fuerint. Eius festum est 16. Calend. septembris. Corpus sacrum anno 1485. Venetias furtim delatum, à Senatu & populo summa gloria exceptum est, & tem-

pium

plum celeberrimum ingenti impensa construi ceptum. Unde quidam ita de eo cecinit.

*'Peste laborantes, quotquot suffragia Rochi
— Quasi erint, moneo tutos à clade futuros.*

Notatu ac memoria digna est illa historia quam D. Gregorius Nyssenus recitat in vita D. Gregorij Thaumaturgi, de pestifera lue quæ populum Neocæsariensem inuasit, ob *inuocationem demonum*, & postea precibus a prædicto Gregorio pulsa, eidem populo salutis causa fuit, à Gentiano Herueto Gallo viro doctissimo Latine reddita, ista ad verbum habet.

Erat quidam dies festus publicus in ciuitate, qui more patrio agebatur cuidam demoni ex iis, qui erant in regione. Ad eum tota ferè gens confluxerat, tota regione vna festum agente cum ciuitate. Erat autem theatrum plenum iis, qui concurrerant, & effundebatur vndique super sedes multitudo eorum, qui confluxerant. Cumque omnes circa spectacula & acroamata ad orchestram adspicere magnoperè cuperent, erat scena plena tumultu. Frustraque fuit prestigatoribus miraculorum suorum ostentatio, cum tumultus eorum, qui arctè comprimebantur, non solum musica & sum interrumperet, sed nec prestigatoribus sua ostendere permetteret. Quo quidem tempore à toto populo communis hac vox erupit, demonem inuocantium, cui hunc diem festum agebant, & rogantium, Et eis ab illo latius praberetur spatium. Postquam autem omnibus inter se colloquentibus, vox in altum efferebatur, & videbatur totius ciuitatis tanquam vnius oris esse oratio, qua has preces offerebat demoni: Erat autem precatio, iisdem verbis a me dicitur: Iupiter, fac nobis locum: cum audisset magnus ille vocem eorum, qui demonem nominatim inuocabant, à quo petebant, Et ciuitati fieret latum spatium, quam precabantur. Hac autem voce tanquam tristi prolata sententia, publicam illam celebritatem mox pestis excipit, & in choris statim admixta est lamentatio, adeo ut

oblecta-

20. caus.

Sæuissi-
ma pestis
inuadit
insolen-
tem pro-
pulum.

oblectationes conuerterentur in luctus & calamitates, pro
ribus, & quae ad numerum fiebant, saltationibus & pluu-
sibus, lugubri carmine assidue ciuitatem excipiente. Nam
cum morbus spe citius ingruiſſet hominibus is peruadebat,
ignis instar domos depascens. Quo factum est, & imple-
rentur quidem templa iis, qui morbo interiebant, qui qui-
quidem spe curationis ad ea confugiebant: pleni quoque ef-
ſent riuus, & fontes, & putei iis qui pra morbi uehementia
maiori siti ardebant, quam ut aqua, quae erat in profundo
flammam eorum extingueret, cum uero, quos semel is morbus
inuasiſſet, & post & ante aqua potum similiter se habe-
rent: multi autem sua sponte fugerent ad sepulchra: quo-
niam uero qui erant superstites, ad eos sepeliendos minime suf-
ficiabant: esset autem non inopinata mali hominibus ir-
ruptio: sed cum domui interitura quoddam uisum appa-
ruisset, ita conſequeretur interitus.

Postquam ergo fuit manifesta omnibus morbi cauſa,
nempe quod inuocatum ab eis demonium, stulto uero uo-
tum maligne implebat, hanc sceleratam spatii latitudinem
morbo ciuitati afferens: eo quidem tempore magnum Gre-
gorium supplices aduunt, rogantes ut uim morbi compeſce-
ret per eum, quem ipse cognoscebat & predicabat Deum,
quem solum uere fatebantur esse Deum, & habere in omnes
potestatem. Nam cum illud uisum ante futurum domus
interitum appareret, & desperationem uitae protinus af-
ferret, una periclitantibus erat uia salutis, si intra illam do-
mum magnus fuisset Gregorius, & precibus propulsiſſet
morbum, qui domui imminebat. Cum autem per eos, qui
primi hanc erant salutem conſecuti, uelox fama per omnes
peruaſiſſet, ceſſarunt omnia, quae prius ab eis magno studio
procurabantur, oraculorum ſciſcitationes, piacula, & apud
ſimulacra diuturna ſupplicationes, adſpicientibus omnibus
ad magnum sacerdotem, & unoquoque eum ad ſe trahente
ad salutem totius generis. Erat autem ei merces ab iis, qui
ſeruabantur, eorum ſalus animarum. Nam cum ta-
li experientia manifeſtata eſſet pietas sacerdotis, nulla erat

Eam pe-
ſtempre-
cib⁹ pel-
lit uir ſa-
ctus.

amplius

amplius dilatio, qui minus mysterio assentirentur, qui virtutem fides docebantur. Sic fuit illis hominibus morbus salute prestantior. Qui enim cum sani essent ad mysterii doctrinam excipiendam infirma erant animi intelligentia, corporis morbo fuerunt confirmati ad fidem. Et sic confutato errore idolorum, traducti sunt omnes ad nomen CHRISTI: alii quidem per morbum, qui inuaserat, deducti ad veritatem: alii vero, ut a peste seruariantur, fidem in Christum assumptes, tanquam propugnaculum.

Cum anno Christi 982. totus Oriens pestiferâ lue grauitate affligeretur, ad eam curandam Lacedæmonij destituti humano auxilio, ad opem diuinam implorandam assurgentes, legationem decreuerunt ad Nicodemum virum sanctissimum, de qua in rebus ab ipso præclare gestis ista narrantur: Transactis in eâ speluncâ diebus octo, à morbo recreatus, Spartam venire abnuens, Amyclas contendit. Quod ut sensere Lacedæmonij, festinè ad illum primarii ciues, & alij è plebe certatim conuolarunt enixe orantes, ut Spartam usque venire velit: inuaserat enim ciuitatem pestifera lues, & plurimos incolas absumebat: propterea venire illum cupiebant, quod se diuinis eius precibus liberandos confiderent; ille vero, & cetera misericors, & in eos maximè, qui eius populus & sors futuri essent, tanquam futura presagens, eoque in illos propensior, & legationem benignè excepit, annuitque petitioni, & ingruentis mali propulsionem spondit, si modo ipsi Iudæicam gentem ex urbe sua pellerent: neque execrandis eorum (ut aiebat) moribus, piaculisque religionis sua diuitius eam contaminarent. In his, ait, si me audieritis, & pestis à vobis recedet, & ego quod superest vite, ducam vobiscum. Quibus verbis monita alia adiciens, sacras etiam Hieremia voces subinde aspergebat: Via tua fecerunt hæc tibi, & iniquitates tua prauauerunt, & duro ludo percussa es. Cumque illi eius oratione commoti, se ipsos condemnarent, atque omnia qua iusserat, facturos promitte-

Car. Bar.
tom. 10.

Qua lege
S. Nicom
curare p-
mittat
pestem.

Hier. 4.

E

rent

Lues à S.
Nicone
curatur.

rent: nihil amplius cunctatus, cum Legatis illis profectus est, non cantherio, aut lectica Sectus, nec multo comitatu stipatus, sed solo Virtutum choro circumseptus. Ad eius porro aduentum lues cessauit, & Iudæi Vrbe pulsati sunt. Nec Verò Lacedamone amplius excedendum, sed in ea perpetuò manendum constituit ita vt non facile pedem alio efferret, nisi cum necessaria res quæpiam aliquo vocaret, & tunc quoque gradum citius referebat. Videres igitur accurrentes quotidie ex vniuersa Peloponneso agrorum omnis generis cateruas: quibus ille non minus animam quam corporis curam impendebat: mellitis enim adhortationibus ad pietatis zelum eos accendebat, ad salutem cuique suam penitentia ope disponebat. Fortunata Verò Lacedæmon quæ talem medicum ciuemque sortita es, cuius diuinis præceptis ac disciplinis ad omnem Virtutis formam multo certius rectiusque quam inanibus olim Lycurgi legibus effingebare. subicit his de structura templi, tum eius hortatu elaborata, cum aliis egregiè factis, quæ apud Reuerendissimum Cardinalem Baronium tomo Annalium decimo inuenies.

Sur. tom.
2. 29. Ap.

Quomodo S. Malachias Hyberniæ Episcopus oratione propulsauerit pestem in ciuitate exortam, multitudinem cleri & populi solenniter cum memoria sanctorum foras educens, tradit S. Bernardus in eius vita. De Catharina Senensi multa eiusmodi miracula producit eius vitæ Scriptores, ex quibus quædam R. P. Laur. Surius sub compendio descripsit, & inter cetera ita ait:

Raim. pe
ste labo-
rat.

Pater Raymundus per id tempus, quo illa pestis grassabatur Senis, fidissimam nauauit operam cunctis, quibus adesse poterat, nec illos sibi vitandos putabat, licet morbus ille & aërem & corpora aliorum sua contagione inficiat. Animabat etiam illum sancta Virgo: sed quia solus propè erat in tam magna vrbe, vix illum aut cibi, aut somni capiendi dabatur ei spatium; tot ad eum peste laborantium nuncij confluxebant. Sed dum solus ferè, vt dixi, in tam sancto opere esset occupatus, ipse quoque sensit se apostemate pestife-

ro affectum: accedebat et am febris & dolor capitis, ut solet in eo morbo. Tum vero, ut potuit, cum socio iuit ad ades sancta Virginis: quam cum non inuenisset, in quodam se reposuit lectulo, donec illa Veniret. Venit illa; admouet manus suas Raimundi capiti, flexisque genibus orat Dominum, & inter orandum videt Raimundus, ut sapè a iās, eam mentis excessum pati. Cum ergo sic ad dimidiam fere horam permanisset, sentit Raimundus ex co poris sui extremis partibus tanquam violenter quippiam extrahi, sensimque se melius habere, adeo ut ante, quam sacra Virgo sibi esset restituta, plane curatum se experiretur, interim tamen debilitate quadam remanente. Iussit autem sacra Virgo ei cibum parari, eoque sumpto, soluit ut paulisper quiesceret. Quienit ille, surrexit paulo post ita incolumis, ac si nihil mali passus esset, redijtque ad pristinos labores.

Virgo facta precibus pellit pestē

F. Bartholomaeus Dominici, socius Raimundi Patris, eadem peste & acrius & diutius oppressus, sancta Virginis precibus itidem restitutus est. Multos etiam alios diuersis vexatos morbis, in diuersis locis sancta Virgo suis orationibus sanauit: sed id genus multa se breuitatis studio omisisse dicit Raimundus.

Accidit aliquando, ut propter populi peccata apud Noniomen ses pestis sauisissima grassaretur. Fugiebant autē quicumque poterant. Porro maxima parte subtractis habitatoribus, vacua in Vrbe domus, non pauca relictæ erant, & quod est miserabilius, cunctis eam luem formidantibus, inhumata mortuorum corpora proijciebantur. Si quis enim aliquem sepeliret, mox ipse sepeliendus efferebatur. In tanta ergo Vrbe eius vastitate & calamitate, beata Godoberta ciuium miserata dolores, triduanum eos suscipere ieiunium admonuit, in preces quoq; cum lachrymis incumbere, præstare eleemosynas, ut Domini indignatio ab eis auerteretur. Proponebat eis salutarem Ninivitarum penitentiam, quod cinere & cilicio, precibus & ieiuniis se affligentes, diuina maledictionis iam cervicibus illorum impendentem sententiam amouissent. Proponebat item exempla Dauis,

Sur. 10. 2.
11. April.

Iona. 3.

Sæuissi-
ma pestis
oritur.

21. Cau-
sa.

dis, Petri Apostoli, Maria peccatricis & latronis in cruce, & lachrymis pœnitentia Deum sibi conciliarint. His ser. o. nibus Virginis animati ciues, cum ingenti deuotione triduanum illud suscepere ieiunium, moxque meritis & intercessi- onibus eius pestem illam à se depulerunt.

Oratione pulsa est & illa pestis quæ anno Domi- ni 820. nimiam *pluuiarum* abundantiam sequuta est, & penuria in Galliis, cum nec à bello cessatum fuerit: de quibus omnibus consules Annales Baronij tom. 9.



SUPPLICATIONIBVS ET LI-
TANIIS PESTIS TEMPORE
Sancti viri, & ceteri Christi fi-
deles vsi.

CAPVT IX.



Aldè pulchra & notatu digna sunt, quæ Ru- pertus Tuitiensis Abbas narrat in vita S. Heriberti Coloniensis Archiepiscopi, quo- modo nimirum idem sanctissimus Præsul pestem supplicationibus depulerit, atque lachrymis & precibus repentinam è cælo pluuiam obtinuerit, hisce verbis.

Apud
Sur. tom.
2. 16.
Martis.
Cap. 11.

Res ipsa, qua iam nunc enarranda est, satis lucidè commendat, non casu, sed per diuinam dispensationem id, quod supra memorauimus, euenisse: Et scilicet et in consecra-

tione

tione sancti praesulis prima se ex Euangelii codice offerret illa vox misericordis pontificis Christi, Spiritus Domini super me: propter quod unxit me. Subsecuta namque postmodum siccitas, peccata populorum vehementer arguebat, & ferè omnis herba praemortua, omnis ager exustus, non qualemcunque famem, sed famem mortiferam iam iamque minaretur. Denique cum siccitate pestilentia quoque sauebat, multique moriebantur, multi adhuc agra vix trahabant corpora. Erat ergo piissimo pontifici non parua vel qualiscunque sollicitudo: sed & in solitudine copatientis animi tribulatio, & in tribulatione iugis & lachrymosa oratio. Vnde quia ferrum pertransibat animam eius, & in corde eius gemitus spiritus sanctus, sicut dicit apostolus: Nam quid oremus, sicut oportet, nescimus: sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus: meruit & populum reconciliare Deo, sicut de sacerdote magno & digno quidam sapiens dixit: & in tempore iracundia factus est reconciliatio, & inter reconciliandum, glorioso glorificari miracula. Indicto ieiunio triduanò, luctuosus ibat populus per urbem facundam tot sanctorum millibus, & ad singulorum patrocinia locorum fideliter atque suppliciter lachrymosas fundebat preces, quatenus ab imminentibus, iam iamque praesentibus malis eriperetur. Erat autem publicus cleri & populi, monachorum quoque atque sanctimonialium processus, & ex omni ordine & trisusque sexus, lingua quidem diuersa, sed vna intentione & eodem sensu concrepando Kyrie eleison, altitudo cali pulsabatur. Inter omnes & pra omnibus mastus & supplex tristium filiorum spes & pater patria procedebat Archiepiscopus, ita vulnerato corde tantisque cum gemitibus, & miro modo consolatione sua dignum eum iudicaret spiritus sanctus paracletus. Cum igitur oratorium sancti Severini litania solennis egressa, beati Pantaleonis adiret oratorium, ecce niuei candoris columba, videntibus multis, caput eius circumuolabat, eademque repente disparsens, iterum visibilis comparerebat. Videbant eam multi, sed non omnes: quia & vide-

Esai. 61.

Fames & pestis grassatur.

Rom. 8.

Eccle. 44.

Indicit triduanum ieiunium, fitque solennis processio & litania.

Columbae miraculum.

licet non terrena species, sed cœlestis erat gratia, quam aliquibus videre donatum est.

Ut autem Ventum est ad locum, ubi iam dictus confessor Domini Severinus in transitu beati Martini voces angelorum psallentium audire meruit: videt eminius eandem columbam caput beati viri tertio circumvolantem, quæ & protinus in sublime eleuata, cœlos petiit, nec ultra comparuit. Vnde quis dubitet spiritus sancti gratiam, qualis in domo pectoris eius habitabat, talem de foris apparuisse, præsertim in tali luctuoso tempore? Columba namque, sicut & turtur, avis gemituosa est, gemitumque pro cantu edere solet: & sicut illa solinaga, sic pariter & gementem præ omnibus hunc designabat spiritus sancti gratia, & de isto quoque quodammodo id ipsum dicebat, quod de alio quodam non ignoto, sed eximio propheta, dictum sacra narrat pagina: Hic est fratrum amator & populi sui, hic est, qui multum orat pro populo, & pro ciuitate ista. Nimirum & iste vir in populo suo mitissimus apparuit, secundum similitudinem columbæ mitis & simplicis, sancto redundans spiritu pietatis: atque idcirco gemitus & oratio eius perire non potuit. Nam ubi ad prædium Ventum est, cum ipse appositis cibis ferè ieiunaret, ita tamen more suo, & tunc maxime, ieiunium dissimularet: quibusdam ad ipsum respicientibus, & cum dolore loquentibus, quod ea die profusis tam multorum lachrymis necdum propitiato Domino cœlum aperiretur, dignum memoria verbum respondit hic beatus, Verè mitis, Verè mansuetus, Vestri, inquit, o charissimi, pastoris est culpa, quod cœlum desuper tam ferreum est, quod multitudo viscerum Domini & miserationum eius continuerunt se super nos. Nisi enim Dominus meis irritatus esset sceleribus, qui inter ipsum & vos debebam stare medius: iam dirupisset cœlum, & beneficium eius descendisset, & stillasset super vos. Hac eodiciente, pariter quasi quidam sanguis fluebant anima sulcata ex oculis lachrymæ: quas erumpentes, & cum impetu currentes coram multis volebat quidem, sed non pote-

2. Mach.
15.

Nota sancti viri insignem modestiam.

rat continere. Lachrymis ergo victus, caput super mensam declinauit in manibus, & cum fortissimo spiritu Deo forti humilitate atque ardenti oratione luctabatur. Erat autem hora eadem tanta cali serenitas, ut nulla in aere nubes apparet: cum ecce subito fragore magna pluuia vis inundando erupit, ita ut prius imbrum crepitus audiretur, quam vis sanctus caput ab oratione subleuaret. Cuncti protinus circumfidentes, a mensa sese excusserunt, & proficere conati sunt, ut in laudem Christi tantique eius pontificis hymnis personarent, & signa ecclesiastica concrepare facerent. At ille vir prouidus, & humilitatis sua custos vigilantissimus, terribiliter adiurando illos, hoc fieri vetuit, vixque obtinuit, ut interim quidem a semetipso quiescerent, Dei vero laudem ac gratias Christo agendas nunquam tacerent. Nec vero insufficiens pluuia tunc extitit: sed ita uberrime terram irrigauit, ut iam premortuas segetum radices ad fecunditatem repararet.

Non sustinet se laudari.

Eiusmodi quoque charitatem sanctissimus Cardinalis Carolus Borromaeus erga moribundos Mediolanenses filios suos, quos caelestis pater eius fidei commiserat, dum saeuissimo pestilentiae morbo laboraret, praestabat; quos nunquam mortis metu intermisit visere, quibus semper lue grassante (300. enim homines singulis diebus per multos dies saeuitia morbi interibant) sacrosanctae Eucharistiae Sacramentum ministrabat; & pios viros ad idem munus hortari non desinebat. Calamitoso tempore orandi regulas populo praescripserat; diuinum auxiliu implorabatur; ipse nudis pedibus, sine collo vtrinque pendente, crucifixi Domini nostri imaginem magni ponderis humeris gestans orabat. Supplicationes publice fiebant; longos & graues sermones ad populum tanta calamitate afflictu habebat. Sed ipsa verba Auctoris qui vitam S. Cardinalis conscripsit, reddam. Li. 4. c. 4.

Supplicationes indixit, inquit, Litteris editis populum vehementer adhortatus est, ut vere, iam totoque animo ageret; ieiunium cum supplicatione coniungeret: quam sic-

quentissimus conueniret; & quacunq̄ue posset, etiam extrinsecus, abiectiois, penitentia indicia ex animo daret: tum vero pauperum miseriam, quantum posset, quisque subleuaret: & proximo die Dominico, postridie non. Octob. sanctissimam Eucharistiam, peccata confessus perciperet, qui id facerent, ijs auctoritate Pontificia plenissimam peccatorum veniam concessit. Monuit diem illum sacrosancta communicationi dictum, diuino beneficio, eoq̄ue singulari insignem esse: in quo ante annos septem Dominus admirabilem contra Turcas Victoriam ad Echinadas largitus erat; proinde noua quoque sperarent diuina clementia beneficia. Quoniam vero supplicationum gratia magnum esse conuentum oportebat, Verebantur maximè, qui humano iudicio ducebantur, ne pestifera contagio, morbusque magnoperè augeretur: ideoque Magistratus rem minime probabant; neque tamen, tanto imminente diuina animaduersionis periculo, magnoperè resistebant. Et vero etiam rebus iam in summum pene periculum adductis, non valde periclitari ea in re ciuitas Videbatur. Carolus igitur in eo perstitit, & ad supplicationes conueniretur. Tempus enim iam tandem Videbatur, cum ab humanis consiliis, diligentiaque, minime penderent. Vim publica, ac coniuncta precationis non ignorabat, populo praesertim afflicto, salutariterque commoto: simul exemplis maiorum confirmabatur, tum domesticis, tum externis. Nam & in simili causa S. Gregorium ita suasisse dicebat. Et ciuitatem Mediolanensem acceperat, cum olim triennio peste laborasset, neque liberationis spes ostenderetur, ad extremum omni multitudine conueniente, religioseque ter supplicatum. ad statas Ecclesias eunte, subito, mirabiliterque liberatam, minus vero erat incommodi, quia femina puerique incautiora capita, domo prodire iam edicto vetiti erant.

Feria quarta cum clerus, populusque frequentissimus in maiorem basilicam conuenisset, & ad S. Ambrosii supplicatum iretur: priusquam in viam se darent, Carolus cineres, stata penitentia significatione, singulis imponebat:

capita vero plerique, & ipsi quoque Magistratus, lachry-
 mantes submittebant. Fuit Carolus cappa, & appellans,
 funesta vestitus; cuius caputio caput induerat; postrema-
 que partem ex instituto prolixam, nemine sustinente, trabe-
 bat. Nudis erat pedibus: funem collo, & damnatis mos
 est, circumdederat: magnam crucifixi imaginem ferebat;
 quam fixis oculis progrediens perpetuo intuebatur. Omni-
 no veluti reus sordidatus, supplex veniam pro suis charissi-
 mis filiis petebat. Neque dubito quin iam tum ab initio
 pro eorum salute, vitam suam obtulerit: & illius boni Pa-
 storis fungeretur officio; qui animam suam dat pro ouibus
 suis. Simili habitu fuerunt Canonici, imo plerique sacri
 viri, plurimi etiam laici, cum de eo, quod Carolus facturum
 erat, fama percrebuisset, nudis pedibus venerunt; cum fu-
 nibus collo aptatis; parvisque crucibus, quas manu tene-
 bant. In Ambrosiana basilica concionem de suggestu ha-
 buit; in qua themate illo ex Hieremia proposito: Quomodo
 sedet sola ciuitas plena populo; ex tanta, tamque repentina
 amplissima ciuitatis mutatione, rerum humanarum incon-
 stantiam, caelestiumque irarum vim ante oculos ponere; po-
 pulumque ad errata, sceleraque sua deflenda, & calamita-
 tem salutariter ferendam: tum vero vita rationes melius
 instituendas, incitare curauit, &c. Fersa sexta ad S. Na-
 zarium Litania fuit; & ibi eodem modo, ex illo Chaldaei re-
 gis somnio, de procera, pulcherrimaque arbore; cuius copio-
 sissimis fructibus, ramis, & umbraque commodissime animali-
 um genera omnia utebantur: qua mox ita succidi, & dissi-
 pari iussa est, & radices tantum manerent: populum suum
 ad vita recognoscenda impulit, quibus in sua maxima opu-
 lentia seruierat, &c. Sabatho itum est ad celeberrimam
 beatissima Virg. Ecclesiam apud aliam veterem S. Celso di-
 catam, pia sodalitia tum ex instituto Veteri, contra quam
 Gubernator olim iusserat, operta facie conuenerunt. Illud
 etiam amplius factum; & ex omnibus Ecclesiis, qua com-
 mode potuerunt, sacra reliquia elata cum luminibus porta-
 rentur, ad animos magis commouendos, &c. Mirum fu-

it, ciui-

it, ciuitatem vniuersam, quasi contagij metu solutam, libe-
ter, studioseque omnibus q̄s diebus ad supplicationes conue-
nire, &c.

Diuinarum autem supplicationum finem Carolus
minimè faciens, prescripsit preterea Collegio maioris Eccle-
sia, vt secunda quaque feria ad Ambrosianam basilicam
supplicatum iret; reliquo clero vniuerso; Et prater id,
quod in Ecclesia sua facere quisque debebat, quotidie in cer-
ta partes distributus, vna cum populo, Veniret supplex ad
Ecclesiam maiorem, &c.

Veterū
Augusta
norum
pietas ac
deuotio.
D. Mind.
de peste
c. 8.

Tradunt Veterum historica annotationes (inquit
Clarif. Dn. D. Raymundus Minderer) abauos proauos-
que nostros huius quondam Urbis incolae, spreto corporis
cultu discalceatos magno planctu in publicis rogationum
processibus ad obtinendam DEI misericordiam pestemque
auertendā multo gemitu deuotè fuisse precatos, Et iam ieu-
nia, Elcemofynas ac prater hæc carnis mortificationes sile-
am, quibus vti Niniuita diuini numinis iram & iustam
vltionem pro zelo permoti auertere studuerunt. Sic anno
reparata salutis humane millesimo trecentesimo quinqu-
agesimo octauo, pia Veteranorum ciuium deuotio pro auer-
tendā Pestis plagā venerabile Eucharistia sacramentum &
vā cum sanctorum reliquiis circum Urbis mania supplican-
do deportans tanta pena ablationem à domino DEO extor-
quere studuit, quo tempore maiorenes quicumque erant,
flocineis Vestibus induti ac nudipedes nec nisi pane & a-
qua pasti, publicam rogationis processionem magno posteris
deuotionis relicto exemplo sunt secuti, quorum pietatem i-
mitata posteritas, eandem vena precanda viam Anno
1379. & Anno 1389. annoque 1398. laudabiliter ac consulto
est ingressa, quod ipsū nos è fideis ac piis Veterū manuscriptis
annotationibus in monasterio S. Vdalrici excerptissimus.



DEIIS QUI PESTE LABORAN-
TIBVS, TAM SPIRITVALIA,
quàm corporalia misericordiæ ope-
ra ministrantes, sempiter-
nam laudem pro-
meruere.

CAPVT X.

NVnc quam meritorium, DEO placens, &
laude sempiternâ dignum opus sit, peste la-
borantibus inferuire, ijsque tam corporalia
quàm spiritalia misericordiæ opera submi-
nistrare, paucis declarabimus. In quo iure quodam
suo, meritò primum locum sibi vindicare videtur id,
quod in Romano Martyrologio pridie Calendas Mar-
tij legimus hisce verbis: *Alexandria Commemoratio
sanctorum Presbyterorum, Diaconorum, & aliorum pluri-
morum, qui tempore Valeriani Imperatoris, cum pestis sa-
uissima grassaretur, morbo laborantibus ministrantes, li-
bentissimè mortem oppetière; quos velut martyres religi-
osa piorum fides Venerari consuevit.*

De quorum pio erga fratres officio, Eusebius ex
Dionysij Episcopi Alexandrini litteris eiusmodi intexit
historiam: *Porro autem cum pestifer & letalis morbus bel-*

*Euse. l. 7.
c. 17.*

lum continuo insequeretur, cumque festi Paschatis celebra-
tio modo appropinquaret, deinceps rursus fratribus scripsit
Dionysius; & graues calamitatis perturbationes illi sig-
nificauit his fere verbis: In hac miseriarum turba alii jor-
tasse neque hoc tempus, neque aliud, immo neque illud ip-
sum tempus quod homines putarent omnium esse latissimū,
nedum alia tempora, ad festum celebrandum satis idone-
um videretur. Etenim iam lamentationum plena sunt
omnia, iam lugent omnes, iam marores, iam querela vni-
uersam urbem propter multitudinem cum illorum qui mo-
do mortui sunt, tum horum qui quotidie moriuntur, oc-
cupant. Nam sicut de primogenitis Ægyptiorum scrip-
tum est: sic & nunc ingens clamor editur: non enim est
domus, in qua non sit mortuus; idque planè merito:
Multa namque & graua incommoda, perditio eorum co-
natu, Christianis etiam ante hoc tempus cum importata
fuisent.

Ex od. 12.

Festos
dies vbi
que cele-
brant fi-
deles.

Primum omnium nos ex Urbe expulerant: quo qui-
dem tempore nos soli, cum ab omnibus persecutione exagita-
ti essemus, & morte multati, festum lætis animis celebrau-
imus: & singula loca, ad singula afflictionum genera nobis
præstituta, ut ager siluestris, solitudo deserta, nauis flucti-
bus iactata, diuersorium publicum, & horridus carcer, op-
portuna videbantur, in quibus celebres conuentus maximo
cum studio ageremus: quia beati martyres qui è vita cessa-
rant, & à Deo in cælum ad epulas erant inuitati, festum om-
nium splendidissimum peregerunt. Quæ de martyribus
Dionysius memorat, nuper in persecutione sub Valeria-
no acciderunt: in quorum vltionem Deus inter alia,
plagam pestis belli & famis in Ægyptios Gentiles infli-
xit: nam subdit: His de rebus deinceps bellum & fames
eos de improviso oppressere: qua quanquam nos vna cum
Gentilibus perferebamus: soli tamen inter omnes, quacumq;
urgerent, a quo animo sustinimus: & tametsi illarū rerum
quas illi cum consciuissent ipsi inter se, tum præterea perpeffi
essent, eramus ex quo participes: pace tamen Christi, quā
nobis

nobis solum clemens largitus est, rursus mirè nos ipsos oblectauimus. Caterum vix tum nos, tum illi breuissima ad respirandum sumus intercapedine potiti: cum pestis ista subito grassari cepit, res plane illis ad terrendum omni metu formidolosior, ad excruciantium quavis calamitate miserior, acerbiorque, et (ut proprius illorum scriptor memorat) ad cogitandum solum omnium opinione maior. Verum nobis non eius generis putabatur; sed à Deo tum ad fidem nostram exercendam, tum ad tolerantiam animi probandam, nihilominus, quam alia rerum incommodarum genera quæ aliquando obtigissent, cælitus inflictam. Et sicut alibi a nobis minime abstinuit: sic in Gentiles longè, latèq; oberrauit. paulò post subdit. Quam plurimi è fratribus nostris adeo immenso quodam charitatis & fraternæ beneuolentiæ ardore erant inflammati: ut minime sua parcentes vitæ, sed ipsi firme inter se adhærescetes, eos qui morbo opprimebantur, nulla sui cura, aut cautione adhibita, sedulo inuiserent, illis inseruirent assidue, pro viribus ob Christi amorem curarent, & nã cum illis decederent e vitâ: lubentissime aliorum contagione infecti, etiam morbum a proximis quodammodo ad se attraherent, suæque sponte aliorum mæiores beneuole mitigarent. Multi item dum alijs agrotantibus curam adhibent, illisque vires restitunt: ipsi aliorum mortem in se deriuantes, vitam amittunt: & Verbum illud, quod vulgò semper dicitur, quodque vera beneuolentiæ solum videtur conuenire: nimirum ut singuli pro amicis abeant e vitâ, seque eorum causâ (ut ita dicam) reiectamentum efficiant: re ipsa expleuerunt.

Ex fratribus igitur, qui virtute facile erant præstantissimi, ad hunc modum mortem appetuerunt: quorum nonnulli erant presbyteri, alii diaconi, quidam e populo virtutis ergò multum laudati. Adeo ut istud mortis genus quod propter incredibilem pietatem & robustam fidem suscipiebatur: nihil a martyrii splendore abesse videretur. Quin etiam sanctorum corpora manibus erectis supinisque excipere, gremio suo reponere, occludere oculos, ora obturare, gesta-

re hu-

Christiana
pietatis
studia
tempore
pestis.

Officia
in mor-
tuos.

re humeris cadauera, decenter ornare, illis adhærescere, amice complecti, lauare accurate, & linteo funebri inuoluere non grauari sunt: ipsique qui supererant, paulo post similia officia in se collata propterea adepti, quod eandem mortis viam instarent, quam qui præ iuerant institissent.

Gentiles autem his omnia fecere contraria: eos enim qui agrotare incipiebant, ab adibus extrudere, deserere amicissimos, in plateis semiuivos proicere, cadauera insepulta canibus exponere dilanianda, mortis participationem & quasi communionem auertere, quam plane vel infinita diuerticula quærentes, nullo modo poterant euitare.

Trebell.
in Galli.

An. 263

Quanta autem fuerit hæc pestis, constare potest ex Trebellij Pollionis verbis, dum ait: Nam & pestilentia tanta extiterat vel Roma, vel in Achaicis urbibus, ut uno die quinq; millia hominum pari morbo perirent.

De S. Cypriani sedulo officio erga fideles impenso, dum circa annum Christi 256. pestis Africam infestaretur, hæc tradit Pontius in vita eius: Erupit postmodum lues dira & detestabilis morbi vastitas nimia, innumeros per diem populos à suâ quemque sede abrupto impetu rapiens; continuatas per ordinem domos vulgi tremantis inuasit. Horrere omnes, fugere, vitare contagium, exponere suos impiè, quasi cum illo peste morituri etsiam mortem ipsam aliquis possit excludere. Iacebant interim tota ciuitate non tam corpora, sed cadauera plurimorum, & misericordiam in se transeuntium contemplatione sortis mutua flagitabant. Nemo aspexit illud, præterquam lucra crudelia: nemo similis euentus recordatione trepidauit: nemo fecit alteri, quod sibi fieri voluit.

Quid inter hæc egerit Christi & DEI Pontifex: qui pontifices mundi huius tanto plus pietate, quanto religionis veritate præcesserat: scelus est præterire. Aggregatam primo in loco uno plebem de misericordia bono instruit: & docens diuina lectionis exemplis, quantum ad promouendum Deum prosint officia pietatis. Tunc deinde subiungit: Non esse mirabile, si nostros tantum debito charitatis

obsequio

obsequio foueremus : eum perfectum posse fieri , qui plus a-
 liquid publicano vel ethnico fecerit : qui malum bono vin-
 cens, & diuina clementia instar exercens , inimicos quoque
 dilexerit : qui pro persequentium salute , sicuti Dominus
 monet, & hortatur, orauit. Orri facit Deus iugiter so-
 lem suum, & pluias subinde nutriendis seminitus imper-
 tit ; exhibens cuncta ista, non suis tantum sed etiam alie-
 nis : & qui se Dei etiam filium esse profitetur , cur non ex-
 emplum patris imitatur ? Respondere nos decet natalibus
 nostris, & quos renatos per Deum constat, degeneres esse
 non congruit ; sed probari potius in sebole traduce boni par-
 tus emulatione bonitatis. Multa alia & quidem magna
 prater eo, qua temperandi voluminis ratio non patitur pro-
 lixiore sermone replicari : de quibus hoc tantum dixisse
 satis est : Quod si illa Gentiles pro rostris audire potuissent :
 forsitan statim credidissent. Quid Christiana plebs faceret,
 cui de fide nomen est.

Distributa sunt ergo continuo pro qualitate homi-
 num, atque ordinum ministeria : Multi qui angustia pau-
 pertatis beneficia sumptus exhibere non poterant, plus sum-
 ptibus exhibebat, compensantes proprio labore mercedem di-
 uitiis omnibus chariorem. Et quis non sub tanto doctore
 properaret inueniri in parte aliqua talis militia, per quam
 placeret & Deo patri & iudici Christo, & tam bono inte-
 rim sacerdoti ? Fiebat itaque exuberantium operum lar-
 gitate, quod bonum est ad omnes, non ad solos domesticos
 fidei. Fiebat plus aliquid, quam de Tobia incompa-
 rabili pietate signatum est. Ignoscat ille, & ignoscat ite-
 rum, & frequenter ignoscat : aut (ut verius dixerim) me-
 rito concedat : tametsi ante Christum plurimum licuit ;
 plus aliquid licuisse post Christum, cuius temporibus pleni-
 tudo debetur : necatos ille à Rege, & proiectos suis tantum
 generis colligebat. Hucusque Pontius de Cypriani &
 Christianorum officijs tum exhibitis.

Eximie itidem Christiane pietatis & charitatis
 iudicia & exempla sempiternam memoriâ digna tempore

periculo.

Matt. 5.

Quidfi-
 deles tē-
 pore pe-
 stis.

Sur. 10. 3.
20. Maij.

periculosissimo exhibuit S. Bernardinus Senensis, vt scribitur in eius vitâ verbis sequentibus: *Sauiente illa peste terribili & generali, anno salutis millesimo quadringentesimo, in quem incidit Iubileus, innumeri peregrini, Romam euntes atque inde redeuntes, ad celeberrimam illam toto orbe Christiano domum hospitalem beatissima Maria Virginis, quæ Senis est, & de la Scala dicitur, confluxere, augebaturque valde numerus aegrotorum, è quibus plurimi moriebantur, ita vt tribus mensibus & dimidio quotidie amplius duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, interdum octodecim, & etiam viginti, è vitâ decederent, præter quos ex eius domus familiâ obierunt fratres viginti duo, octodecim famina pauperibus mulieribus inseruientes, nouem sacerdotes, quinque clerici, septem pharmacopola, qui morbidis medicamenta parabant, pueri triginta, in ea domo enutriti, & famuli sexaginta, agrorum ministeriis deputati.*

Cum autem tam multi illic & morbo correpti iacerent, & è vitâ abirent, locus ille propter factorem intolerabilem omnibus inspectantibus horrore erat, nec quisquam ferè reperiri potuit, qui quamuis magna proposita mercede aegrotantibus illic inservire vellet.

Ita fiebat, vt tum vel maximè locus ille necessaria ministrorum opera destitutus esset cum maior incumberet necessitas. Magister quidem & gubernator domus illius Ioannes Laudaronus erat vir optimus, multa beniuolentia & charitate praditus, & quem nemo dubitaret virginem esse: & licet senio grauaretur, non cessabat tamen pro viribus prestare quicquid posset.

Sed cum ignem pestiferum iam omnia vastantem cerneret, valde affligebatur, metuens idoneos ministros neque pecunia, licet larga esset manu, posse comparari, quod nemo pestis contagionem reformidet. Rogabat ergò Deum & beatissimam Virginem, domus eius conseruatricem, vt pauperibus ministri mitterentur.

Itaque piissimus Deus excitat Bernardini animum, qui iam ferè vicesimum agebat ætatis annum, vt in illa piissima domo agrorum & pauperum ministerium suscipiat.

Ut vidit enim summam necessitatem, maximo incitatus zelo, pestiferam contagionem nihil metuens, imò verò etiam ultra mortem se offerre cupiens, modò posset Christo gratum exhibere in eius pauperibus seruitium, multis hebdomadibus agris illis accuratissimè & officiosissimè ministravit. Cernens autem ad tantam morbidorum multitudinem sufficere non posse tam paucos ministros, duodecim religiosos & pios adolescentes ad se vocat: hortatur illos, velint una cum ipso curare pauperes Christi: dicit eos, qui pauperes seruiant, ipsi Christo seruire: Et si tali occasione decedant è vita, pro Christo eos mori: nihil verò homini Christiano debere esse antiquius & optatius, quam Christi causa vitam suam profunderè, & cum ille suam nostram causa profuderit: deinde addit: Simus omnes fratres: Deus sua opè aderit nobis. Videtis fratres ignem accensum esse, iam penè orbis illo conflagrare, securis arbori admota est, falx messem sollicitat: quid nobis de vita nostra prouagatione polliceri possumus, cum & alios quotidie videamus mori, & plerosque etiam intimos sodales propemodum ante exire è corpore quam morbo correpti videantur? Nos si in his charitatis officiis obierimus, ad Dominum euolabimus: sin autem superstites manserimus, quo ad victuri sumus, semper latabimur, nos Deo nostro in eius pauperibus hæc officia præstitisse, memores sententiæ illius: Nullum opus bonum apud Deum sua carere mercede, vel irremuneratum abire. Siue igitur viuamus, siue moriamur, non possumus Deo seruiendo non lucrari.

His Bernardini persuasionibus allecti adolescentes, in eius mox sententiã iere: è quibus sanè hodieque nonnulli supersunt: cumque essent confessi sua peccata, & sacramentum Eucharistiæ sumpsissent, ita Bernardino consulente, iucundis animis & magno feruore curam agrotorum cum Bernardino, ipsorum magistro & capite, suscipiunt. Porro hospitalis domus moderator statim totius penè domus clauis tradidit Bernardino, commisitque ei manus morbosos & peregrinos aduentantes curandi, & omnes ferè elec-

S. Bernardinus seruit in domo hospitalitè-pore periculosissimo.

Duodecim pios adolescentes sibi socios eius ministerij adsciscit Bernardinò.

Eximia
Bernardi
ni chari-
tas.

Mirè ser-
uatur a
Deo.

inofynas distribuendi, adeò ut propemodum pro sua volun-
tate omnia disponderet ac dispensaret, perinde ac si ipse eius
domus dominus esset. Eius autem & sociorum feruor &
charitas suo exemplo permultos alios ciues & adolescentes
inuitauit ac permouit ad seruiendum morbidis illis, licet
non pauci ex illis e vita decederent. Itaque Bernardinus
charitate feruens, domum illam ita moderatus est; ut offi-
cia, ministeria, exercitia, laborum vices pro ratione loci,
temporis & personarum opportune & congruenter distri-
buerit. Dabat vero operam, ut quoad eius fieri posset, ip-
se semper omnibus coram adesset. Adstabat diu noctuque
agròtantibus, pharmaca parabat, cibos pro singulorum
qualitate porrigebat, sordes omnes in illis necessariò
tereundas, ipse ante omnes sua voluntate amouendas
suscipiebat: non labore, non vigiliis, non intolerandis
fatoribus, non incommodis illis frangebatur: sed ea sem-
per alacritate & spiritus viuacitate illis seruebat, ac si vel
parentes, vel fratres aut filij eius essent, neque id sanè mi-
rum. Cum enim Dei amor horum omnium faciendorum
ac perpetiendorum principua ei esset ratio, Deo & tique serui-
ebat, qui patre, fratre, liberis omnibus potior nobis esse de-
bet. Egrotis ex animo condolebat, adeò ut etiam cum il-
lis & ploraret: interdum vero etiam ridebat, canebat,
blandiebarur, talemque se illis exhibebat, quemadmodum
pro illorum consolatione expedire putabat. Nihil autem
ferè illius charitatis satis ad vota ab aliis curatum videba-
tur, nisi omnia ipse vidisset & contractasset. Cum erant
ex hac vita migraturi, sacramenta ut illis porrigerentur ef-
fecit: vita functos, & speris pultura mandabat. Pere-
grinis ferè innumeris ad vesperam aduentantibus cibos &
lectos apparabat: si lecti, alioqui multi, non sufficerent,
sternebat humi pannos, ita ut nulli deesset commodus ca-
pranda quietis locus: crebros quoque excitabat ignes &
suffitus grati odoris, spargebat multum acceti in tota ferè
domo, ut corruptus aer saltè aliqua ex parte corrigeretur,
libentiusque ministri suam operam agere affectis nauarent.

Non

Non est autē passus benignus Deus, & inter tot labores, & vigi-
lias, incommoda infinita Bernardinus in quā aduersa labo-
raret & aletudine, sed semper proptus, alacer, & vigil & in defes-
sus, diu & factis confirmabat tū agros, tū illorū ministros.

Exactissimæ item charitatis, & in fallibile boni
pastoris exemplum mundo præbuit sanctissimæ memo-
riæ Cardinalis & Archiepiscopus Mediolanensis Caro-
lus Borromæus, quod ita descripsit D. Franciscus Penia,
Decanus S. Rotæ, & Latino stylo adumbravit D. Erne-
stus Cholinus: *Tempore contagiosa pestis, qua Mediola- Cap. 23.*
ni ab anno millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, ad
finem usque sexagesimi septimi porrigebatur, non raro pro
amore credita sibi plebis discrimini mortis obiecit vitam, ac
soto illo spatio distentus curis & obsequiis infirmorum, eo-
rumque qui lue necabantur, spiritualia dilecti gregis com-
moda proprii corporis saluti antetulit.

Exempla charitatis qua suppetunt, omni exceptione
plura ac præclariora sunt. Cum enim persona graues eum
hortata essent, migraret tantisper, atque eminus è loco ma-
gis tuto per idoneos ministros commendatis sibi animabus
prospiceret, ille domum suam ordinare, testamentum con-
dere, ad certamem cum morte ineundum armare, atque
animare sese. Deinde peracta Supplicatione publica, nu-
dis pedibus, collo valido fune, manibus ponderosâ insertâ
Cruce, quò peccatis populi lesam DEI maiestatem recon-
ciliaret, cum quibusdam familiaribus suis seruitium agro-
rum peste laborantium auspicatus est, quantumvis
dexteri pedis pollicem crudeliter offendisset, adeo ut quatuor
totos dies, quibus perpetuabantur processiones, calentem
sanguinem, haud absq; acrisuo dolore, & ceterorum intima
compassione sudaret.

Ergo imprimis, ne quid ad salubre regimen in ciuita-
te desideraretur, effecit plurimos Nobiles, qui territi hor-
rore pestis, omnes in villas & castella propria cogitabant,
Mediolani persistere. Mox instituit Visitationem primam
ciuitatis & nosocomij, deinde & Tabernaculorum, qua

Sparsim in agris per totam Diacesin fixa erant. Vnde sanctus Pastor velut in perpetuo motu versabatur, & sapenu-
merò visitabat & que in sextam aut septimam noctis ho-
ram, non tantum corporalem & spiritualement inopiam & ni-
uacuisque (singulorum quippe domos & conditionem co-
am intuebatur) recognoscendo; Verum etiam presentem
opem quibus liceret, mediis asserendo, ita ut inter sexages
& septuagesies mille pauperes neminem victu aut vestitu
quotidiano, sub cura Caroli caruisse constaret. Porro ad
abundantiam corporalium commodorum, adiecit subsi-
dium spirituale pro animabus, Varias indulgentias a san-
ctissimo Pontifice impetratas.

Et quamquam multis sacerdotibus Ministris sacra-
mentorum, & que ex Heluetia accersitis instructus esset, ip-
susmet tamen hoc munus plenum periculi aggressus fuit,
dum frequentissimis infirmis, ac moribundis pestem halan-
tibus impertiretur Sacramenta Eucharistia, extrema Un-
ctionis, item Chrysmatis, ac Baptismi suapte manu; &
nihil veritus ad stare lectis expirantium, suggereret illis
misericordiam Dei, & plenariam in postremo vite articulo
Indulgentiam largiretur. Nimirum tanto fortior in illo
erat zelus salutis aliorum, formidine mortis propria;
tanto pondere charitas proximi sensum ipsius in perferendis
corporis molestiis suffocarat. Quo nomine igitur & rum
amoribus suis dignum subditi appellassent? Patrem Po-
puli, Ciuitatem refugij, Refugium ciuitatis quater op-
timum.

Quæ verò Episcopi agere debeant tempore mor-
talitatis, discimus ex Epistolâ S. Gregorij Magni mis-
sâ ad Dominicum Episcopum Carthaginensem, quâ ei-
dem scribit qualiter se gerere deberet eiusmodi luis
tempore, non quidem vt salutis suæ consulens derelin-
quat gregem, sed vt pro eo vitam exponat: *Vestra,*
inquit, eos lingua (sicut & credimus) magis ac magis
à prauis operis perpetracione coerceat, bonorum premia, ma-
lorum penas edisserat: Et qui bona minus diligunt, saltem
malis

Greg. li. 8.
epist. 41.
Ind. 3.

mala pertimescant, & ab his se, quae sunt plectenda, contineant. Nam inter flagella positos flagellus digna committere, contra ferientem est specialiter superbire, & saui-entis acris iracundiam irritare. Atque est primum genus dementia, nolle quempiam à malis suis iuste quiescere, & Deum iniuste à sua Velle & Iustione cessare. Sed quoniam in his diuino adiutorio opus est, iniunctis, dilecte frater, pre ibus, omnipotentis Dei clementiam exoremus, ut & nos dignè ista tribuat exhibere, & populorum ad hac operanda misericorditer corda compungat. Hucusque S. Gregorius.



TEMPLORVM DIREPTIONES,
SACRARVM RELIQUIARVM,
& Imaginum violationes, peste à
DEO esse vindicatas a-
liquoties.

CAPVT XI.

A Fix nunc etiam præter supradictas referen-
dæ sunt, pestis à DEO immixtæ, causæ, in-
ter quas *templorum direptiones* non inmeri-
tò numerantur, quarum exempla aliquot
referemus. Nam anno Christi quingentesimo quin-
quagesimo quinto, cum duo germani, iidemque Ale-
manni Leuthares & Bucellinus, qui sub Theodebaldo

22. Caus.
sa.

Agath.
hif. li. 4.

Agath.
hif. li. 2.

Francorum Regem militabant, cum Francorum ingentibus copijs descendentes in agrum Campanum, Lucanos, Brutios omnesque interiacentes regiones depopularentur: (quorum exercitum Agathias septuaginta duo millia delectorum virorum fuisse tradit) Alemannos vero ducaret Leuthares, Francos vero Bucellinus; Alemanni res sacras impiè inuaserunt, & propterea iustas patratum scelerum pœnas Deo vindicante dederunt. Rem gestam Agathias ita describit.

Eo ubi veniunt iam est, Franci omnes, qui locis hisce antè insueuissent, erga sacra pietate & reuerentia stebantur, ut qui ad potiores leges tamquam vera fidei cultores concesserunt (ut supra iam diximus) & haud secus ac Romani sacrificarent. Sed Alemannorum exercitus omnis (nam aliter longè hisentiunt) sine ullo delectu & per impietatem templa diripiebant simul & deformabant; sacraque ex auro & vase, & ad peragendam rem diuinam parata, pretiosamq; ceteram suppellectilem cum sustulissent, in possessionem turpiter vendicabant: cumque ea patrassent, necdum malefactorum exatiati, & inas ipsas, quibus templorum structores recondebantur, frangebant, euertebantq; pavimenta & cruore templa sadabant, predaque omnis conspurcabatur, cum mortuos insepultos disijcerent. Haud tamen diuina longè post ira, qua ob tanta hac scelera inferrebat, hos panis affecit. Quandoquidem bello partim, partim morbo interiere, ita & eorū nemo quippiam sit ex pristina rapiendi spe consecutus. Iniustitia namque & erga Deum impietas ut fugienda per maximè sunt, ita & prodesse nil poterunt, & in ipso praesertim bello. Nam patria opem ferre, ac patrias leges tueri, & has deuantibus se minus permittere, sed enixius hos impugnare, equum proculdubio fuerit & generosum. Qui vero lucri & auaritia gratia, odique nulla ratione subnixi, cum nullum criminandi ius habeant, si velint in aliena irrumpere, & eos incesse, qui iniuria nihil intulerint; profecto insolentes hi sunt, & planè insaniunt, neque quid ius fasque sit no-

runt,

runt, nec magni id faciunt. si maleficis sit insensior Deus. Quis sit, ut acriora his inferantur supplicia, & ad insanabilem calamitatem, qui prave gesserint, recidant, & si ad breue felices existimentur. Leuthari itaque; Eultinoque istiusmodi eueneré, &c.

Quam autem terribilem Dei in se iram expertus sit Leuthares germanus Buccellini, dum onustus sacrorum spolijs domum reditum parat; idem auctor paulò inferius his verbis conscribit: Paulò post pestilens morbus de repente cum hos inuasisset, multitudinem absumebat; ita ut partim circumiectorum locorum aerem ut noxium caustarentur, & eius mali originem fuisse hanc ducerent, partim etiam & ita incusarent mutationem: quandoquidem ex assidua belli exercitatione, longisque itineribus ad otium & delicias diuertissent, morbi tamen principium & calamitatis necessitatem non admodum pernoscebant. Iniustitia namque & rebus sacris, humanis que legibus illata iniuria, exitii causa huius (ut equidem rerum) fuere, cui rei vel Princeps ipse argumento sit fuit, quem ex Deo ingesta supplicia diuexabant. Quippe qui demens iam factus; in apertam est rabiem versus, & amentes solent & furibundi. Vertigo præterea crebrior quadam eum excepit, eiulatusque edebat horribiles, cernuusque nonnunquam, vel utrumque in latum se prorundo, illisus solo volutabatur, abundantique spuma os ipsum proluebatur: tamen oculi horribiles visu, inuersique erant, & eò iam miser Vesania generat, & vel propria desauendo gustaret. Brachius siquidem ubi iam mordicus inhaesisset, dentibus carne dilacerata in fera bestia morem, his vesceretur, defluentemque lingebat cruorem, sic demum suo exartatus, & paulatim deperditus, miserrimè ex humanis excessit. Ceteri vero passim moriebantur, nil perire remittente malo, quousque tandem & inuersi interiere. Quin etiam vel febre maior pars degrauiata mortem obibat: nonnullas apoplexia morbus acerrimus inuadebat, alij capitis dolore peribant, & mentis excessu quidam. Itaque dum variè

omnes afficerentur, in perniciem morbi ipsi cedebant. Cum Leuthare igitur & ceteris omnibus, qui se sequebantur sic actum: & hunc ea expeditio habuit finem. Hæc Agathias. Porro omnes ceteri à Narsete interneccione deleri, adèd vt ex tanto ingenti hostium numero quinque tantummodò fuerint reperti, qui remearint ad propria,

23. Cau-
sa.

Cum anno Christi sexcentesimo Chaianus Rex Auarum inferiorem Pannoniam inuassisset, cunctaque vastans, neque à sancti Alexandri martyris sacris reliquiis abstinuisset, eius rei gratia meritas pœnas exoluit: quod ita narratur ex Theophane in Miscella:

Cumque fuisset dies festus, barbari separati sunt ab inuicem à Romanis, & Dri Ziparam venientes, ciuitatem depopulati sunt, & S. Alexandri martyris ecclesiam incenderunt, sepulchrumque ipsius argenteo tecto coopertum spoliant, sed & iniuriis martyris corpus afficiunt; multamque in Thracia prædam capientes, epulabantur splendide contra Romanos elati. Cumque Comentiolus dux venisset Byzantium, maxima urbi turbatio & astus incubuit; ita vt timore detenti consilium caperent Europam deserendi, & in Asiam & Chalcedonem migrandi. Quin & Imperator excubitoribus, armatoque & electo cuneo sumpto, murum muniuit: vulgus autem urbem custodiebat, & Senatus commonebat Imperatorem legationem ad Chaiantum mittendi. Deus autem vindictam martyris faciens Alexandri, pestilentiam languoris barbaris intulit, & in vno die septem filios Chaiani per febrem & inguinariam passionem occidit vna cum aliis turbis multis: ita vt post triumphale gaudium cum carminibus & canticis lamentationes & lachryma & luctus sine consolatione possiderent barbaros. Hæc eadem Nicephorus quoque & alij habent.

Niciph.
lib. 18. cap.
28. 29.

Anno Redemptoris septingentesimo quadragesimo sexto pestilens morbus è Sicilia & Calabria incipiens, veluti quidam ignis depascens, ad Monobasiam

& Hella

& Halladem, atque interiagentes insulas venit per totam quartam decimam Indictionem, flagellans impium Constantinum, & cohibens ab insania, quam aduersus sanctas Ecclesias, & sanctas ac venerabiles imagines intentabat. Verum ille, vt Pharaon quondam incorrectus permansit. Sanè pestilentia hæc, bubonis dicta, discurrens, decima quarta Indictione, ad regiam peruenit urbem. Cæperunt autem fieri subito tam in hominum vestimentis, quam in sacris Ecclesiarum indumentis, & in velis cruciculæ plurimæ veluti ex oleo designatæ. Facta est ergo hinc tristitia & defectio animi multa propter dubium eiusmodi signum. *Venit nihilominus & diuinitus indignatio, dissipans incessanter non solum Urbis ciues, sed in omnibus suburbanis eius degentes. Facta vero sunt & phantasia in multis hominum qui in extasi facti existimabant se cum peregrinis quibusdam (vt putabant) & trucibus faciebus comitari: & eos qui in itinere obuii fiebant, se quasi amicos salutare ac colloqui fingeant. Contemplabantur autem eosdem domos ingredi, & alios quidem ex domo deferre, alios autem vulnerare. Contigit autem eorum quæ dicta sunt ab eis plurima. Et viderunt fieri. Ita quidem significans Deus non ob aëris ista fieri intemperiem, sed immisiones esse per angelos malos, vt aliàs factum vidimus superioribus temporibus.*

24. Causa.

Ex Theophane.

Quæ igitur cæpit hoc anno pestilentia & sequenti grassata est, tertio quoque anno maioribus perseueravit incrementis: nam pergit Theophanes: Præterea vernali tempore prima Indictionis magis extensa est, astiuo autem prorsus incendit, ita vt integra quoque domus penitus clauderentur, nec essent qui non haberent mortuos sepelire. Ex necessitate itaque multa excogitatum est, quod super animalia tabula sternerentur, & ita super hæc impositi mortui deferrentur, pari modo & alii in plaustris suprapositi mortui deferrentur. Cùm autem repleta fuissent &niuersa tam scilicet Urbana quam suburbana mona-

menta, & cisterna quoque sine aqua, & lacus, & plurimæ
vines, nec non & interiores horti, qui intra veteres muros
erant ad huiusmodi capessendam sepulturam effossi sunt,
& ita vix omnia hac ad tantam necessitatem sufficere va-
luerunt; omni autem domo calamitate repleta propter de-
positionem qua impiè facta est ab Imperatoribus sacrarum
imaginum, hucusque de his Theophanes iungens si-
mul tres annos, quibus eadem pestilentia Constantino-
polim in primis depasta est.

Sed quæ breuiter de his habet Theodorus Studi-
ta in oratione de S. Platone, hic sunt breuiter recitan-
da, utpote ab auctore dignissimo scripta, qui & suæ
ætatis res est profecutus, dum enim agit de auis suis Ser-
gio & Euphemia hac peste defunctis, ex quibus ipse
Theodorus genitus esset, hanc subiicit de his narratio-
nem: Quoniam, inquit, illis temporibus celestis ira in-
flucta est (res enim me admonet, ut de hac dicam; quippe
qua publicam intulerit calamitatem, non in paucis aliqui-
bus regionibus, ac ciuitatibus versans, sed velut Ægyptia-
cum quoddam flagellum ex alia in aliam ciuitatem tran-
siens) ac vel maxime in regia Vrbe Byzantio malum illud
fuit: Hi vero quos diximus semper memorabiles è vita ex-
cesserunt. Non alienum autem fortasse fuerit utilitatis
causâ mortis etiam ipsius genere conscribere. Narratio
enim hæc talis est, qua illorum animos terrere possit, qui
prudenter eam intellexerint. Repente in singulorum ve-
stibus salutaris Crucis signum caruleo colore velut à manu
aliqua pulcherrimè pingente, sed Dei potius digito, & su-
perna manu expressum cernebatur. Quicumque ergo talis
deprehensus fuerat, diuulgabatur, ac statim mors illi af-
ferebatur.

Eodem die aliquis mortuum efferebat, & ipse mor-
tuus efferebatur. Duo simul in feretro quatuor in iumen-
to portabantur: onera corporum miserabilium semper
recens cumulata. Lamentationes & que & Voces mise-
rabiles

rabiles undique resonantes. Qui mortuorum cadavera efferebant, tam multis oneribus sufficere non poterant: itaque deerant qui tot mortuos sepelirent. Claudebantur domus Urbis regiones inanes fiebant, sepulchra ipsa implebantur cum intra duos menses Urbis celeberrima & multis millibus hominum habitata; tam deserta & talis fieret facta, ut si à nullis habitaretur.

Hac illius impii Constantini temporibus acciderunt, à quo imago Christi contumeliose spreta, & à nefario illo homine, ac populi corruptore simulachra erroris nominata: immo verò Christus ipse noster Deus ab eo despectus fuit: siquidem honori imaginis ad eum refertur cuius est ipsa imago, ut diuinus Basilus quodam loco ait.

Hac Dei Virga (ut aliquis diceret) prima fuit iustissima, qua peccantes homines instruerentur, nosque à summa nostra malitia reuocati emendaremur: ita inquam illa, qua ad salutis viam hinc cunctis dux est, qui eius correctionem prudenter & a quo animam accipiunt. huc usque Theodorus sublimè philosophatus.

Quidam etiam ex historiâ Perpiniâ de S. Elisabetha Regina Lusitanæ a notant, Sarracenos peste punitos esse volentes spoliare S. Iacobum.

Pestis facta ob offensas sacras imagines.





PESTE PVNITOS ALIQVOS
FVISSE, QVOD CONTRA SE-
dem Apostolicam & Romanum
Imperium arma susce-
pissent.

CAPVT XII.



25. Causa.

Liam nec minus leuem irati Numinis, & pestis ab eodem immixtae causam pandere necessarium, silentis verò praeterire nefas esse censeo; ob violatam nimirum pontificiam potestatem & mala illata summo Pontifici, quod quomodo gestum fuerit, nunc enarrare aggredior.

Cum anno Christi 538. Belisarius Dux exercitus Iustiniani Imperatoris, ab eodē missus expugnare barbaros, Urbemque ab eorum tyrannide vindicandam tueri, pius iustusque semper habitus, ex improviso tyrannus apparuisset, atque sacrilegus in cathedram Petri & in vniuersam Romanam Ecclesiam, eam barbaricè tyrannicèque iniurijs damnoque afficiens profanasset, iniiciensque violentam manum in ipsum Romanum Pontificem, ipsum visibile loco Christi positum Ecclesiae caput deturpasset, inhonestassetque, & expulso legitimo Pontifice Siluero, Vigilium intrudens suffecif-

set,

set, corruptus nimirum dolosis fraudibus impiæ Theodoræ Augustæ: Deus iustus rerum arbiter, quantis hæc illata in Summum Pontificem mala immisissis calidus cladibus vindicavit, credi vix potest, eò quod humanum superare videantur captum.

Quæ quidem à Procopio, qui tunc viuebat, luculenter descripta, eodem refert Card. Baronius Annalium tom. 5. Hunnis nimirum, ingenti cum exercitu Istrum transeuntibus, & omnem fere Europam peruadentibus, & deuantibus, idque non semel, sed bis, & tertio, cum dicat semel in patriam reuersos. cum multa Gaza, & centum viginti millibus captiuorum, quibus tradit annuam pollicitum esse Imperatorem pecuniam, sicut & Sarracenis, cum Imperatorem. qui haud pridem, cum Dei amicus esset; Vuandalos, Gothosque inuictos superasset.

Cosroes Persarum Rex rumpit fædus, quod perpetuum fuerat cum Romanis sancitum, sollicitante eum etiam per legatos, Vitige Rege. His malis Orientale Imperium anno Domini 539. exagitatam constat. In occidente verò post fatigatam Italiam, diuturno Gothico bello, postque longam Urbis obsidionem, ingenti penuria laboratum est, exinde lues grassata.

Porro quæ famem & pestem concernunt, quantum ad institutum nostrum pertinere videbitur, fusius ex Procopio narrabimus: Cum, inquit, se verteret annus, & messis tempus adisset, in campis frumentum sua sponte maturefcebat; non tamen quàm prius id copiâ fuit, sed longè minori, Et quod nec hominum manibus, nec bo-um labore satum humoque relictum fuisset, sed temerè in agri superficiem iactum: Unde eius pars quadam terra & sota emerferat; ipsum id tamen cum demeteret nemo, praenimiam sui maturitate in terram iteratò excidens renascebatur. Quare cum eundem in modum in Emilia accidisset, eius regionis homines propriis sedibus ac bonis relictis in agrum Picenum profugerant, haud quaquam existi-

Deus vlciscitur indignâ Vicarij sui relegatione.

Procop. de bello Gotho li. 2.

manes

mantes eius provincia loca, quia maritima essent; eadem omnino rei frumentaria inopia premi. Tuscos praeterea haud secus ac pari de causa fames attigerat. Ex his tamen qui montes incolerent, frumenti in modum è glandibus commolis confectum panem edebant. Vnde Sulgatis velut in pecua morbis, & si par erat, multi mortales capiebantur, & paucis superstuitibus interiebant. In Picentes autem tradunt non minus quinquaginta millia hominum praenadiam interisse, & longè plures extra Ionicum sinum. Quae autem morbi specie; & quemadmodum hi morerentur, mox explicabo.

Cum enim nihil ijs esset quo vescerentur, extenuati nimirum omnes pallentesque reddebantur, caroque & cibo diutius carens, in seipsa retracta cohaeserat: fel item cum nimium abundaret, eoque adeo corpora ipsa & si sua oppressa iam infecisset, huadquaquam sinebat suo è pristino cursu in his Venas defluere. Mulo itaque peruicente, nihil prorsus succi corporibus relinquebatur. Cutis praeterea obdurata corio persimilis erat, praese maximè ferens quod impacta ossibus inhaesisset, liuore iam in nigredinem commutato: Unde & homines exustis facibus nihil absimiles videbantur, eorumque facies stupidior erat, toruusque & furentis aspectus. Mortem itaque passim obibant, cibi partim inopia, nimiam partim saturitate. Nam postquam in his fuerat calor omnis extinctus, quem natura introrsum exusserat: si quis forte eos ad satietatem & non paulatim cibasset (Et recens nati lactari solent) cum ingestos minus digererent cibos, celerius longè moriebantur. Fuere qui fame cogente, alterni se esitarent: Faminas enim duas fuisse tunc tradunt, qua viros septemdecim interfectos absumpserint, haenamque (Et ferunt) cum sola & residues domi, ceteris mortuis superfusissent, diuertentibus ad se peregrinis, nocturne dormitantibus interfectis diuescebantur: septem itaque & decem diuersis temporum spatiis in cibum absumptum, octauus ac decimus qui ad has forte diuerterat, somno tunc

Esus humanarum
carnium.

subito

subitò experrectus, cum in se eadem qua & in ceteros fecerant, molirentur cogniti primum facti ab his ratione, & irasque obruncat.

Sed cò iam a'ibi euaserat famis necessitas & quicquid & bique herbarum esset, celerius nonnulli adirent, & genu in terram nixi, cum auellere has niterentur, deficientibus & viribus (nam è corporibus & vigor omnis abscesserat) porrectas ad herbas solo mœribundi procumberent, insepultisque passim manerent, cum hos nemo humo contegeret: non enim erat qui sepultura rationem haberet.

Cum Otto Imperator non solum contra Ioannem duodecimum pontificem, Leonem octauum illegitimè instituisse, sed etiam eo mortuo, atque Benedicto legitimè subrogato, Leonem Pseudopapam, Benedicto malè exauctorato, in sedem restituisse: DEVS scelus hoc inultu esse passus non est, sed statim grauissimè vindicauit, vt apud Reginonem habetur, his verbis:

Celebrata vero B. Ioannis natiuitate, SS. Apostolorum festiuitate, Imperator ab Urbe Romana reuertitur, & iufelsiore quam sperauerat omine in redeundo fruitur. Nam tanta exercitum eius pestis & mortalitas inuasit, vt six sanus quis à mane & que ad vespertam, & à vespere & que ad mane se victurum speraret. Ex qua pestilentia obierunt Henricus Archiepiscopus Treuirensis, & Gericus Abbas Vuirteburgensis, & Godefridus dux Lothariensis, aliorumque innumera multitudo tam nobilium quam ignobilium: tandem miseratione diuina pestilentia cessante, Imperator in Liguriam peruenit. &c. sanè quidem eam cladem passum Imperatorem ob iniurias illatas Benedicto Papæ testatur Dietmarus huius temporis scriptor nobilissimus. Anno Domini 1084. cum Henricus III Imperator contra Gregorium VII. Pontificem Romæ exercitum continuisset, diuinam vindictam expertus est, ingruente nimirum in exercitum eius lue, ita vt nec vnus quidem eius militum superstes remanserit, vt tradit illius temporis scriptor, qui res Henrici

Pestis in
exercitu
Ottonis
Impera-
toris

conscrip-

conscriptit. Ait enim : *Nulla fortuna longa est: nam hi, quos Imperator Roma presidio imposuerat, aegritudine correpti, quam & locus & tempus intulerat (erat enim aestas) ne vno quidem superstite, mortui sunt.*

Fridericus I. etiam Imperator, cum Alexandrum Tertium Pontificem Maximum diu Romæ obsedisset, ille autem peregrini habitu effugiens sibi ipsi consulisset, diuinam in se vindictam expertus est, vt habetur in Actis eiusdem Alexandri verbis sequentibus.

*Fridericus autem vbi cognouit Alexandrum Papam Vrbe exiisse, contristatus est nimis timens ne totum orbem contra se commoueret & ad sui iacturam maiores seculi Principes conuocaret. Sed quoniam in omnibus actibus suis omnipotentis Dei & beati Petri mansuetudinem & patientiam sicut homo qui non posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum, non cognouit: iratus est Dominus in eum cum beato Petro, cuius ecclesiam incendere, Dei timore postposito, non abhorruit: immisitque in eum tantam subitanea mortis pestilentiam & in eius exercitum, vt infra septem dierum spatium ferè vniuersi maiores ipsius Principes, qui secum Ecclesia aduersabantur, subitanea morte corruerent, & miserabiliter morerentur. Deus quorum numero paucos famosiores duximus nominandos, Fridericum Bauaria Ducem, N. Comitem de Wasono, Bertchardum Comitem de Arlò monte; N. Comitem de Sexia, * Rainaldum ecclesia Coloniensis intrusum Archiepiscopum, & L. fratrem eius Comitem, Episcopum Verdunensem pertinacem schismaticum. Reliqui quoque Barones & milites, ac cetera pugnantorum maxima multitudo cum languerent, & nullum sanitatis possent remedium inuenire, spiritum miserabiliter exhalabant, quorum cadauera & squequaue inhumata iacebant. Quid plura? Tantus subitanea mortis timor vniuersos inuaserat, vt beatum se crederet, qui quomodocunque ex castris posset exire & ad propria confugium facere. Tunc idem Fridericus discina se manu*

Pestilentia affligitur exercitus Imp. Friderij.

* Reginaldum, alios.

percussum intelligens, cum Romanis utrumque composuit, & octavo Idus Augusti, non sine magna confusione recessit. Mortal. tatis tamen pestilentia ipsum sequebatur, & quo ulterius procedere conabatur, eo maiorem mortuorum stragem cum matitia relinquere cogebatur. Arma vero & reliquis Teutonicorum preciosus apparatus perierat simul cum earum rerum dominis & omnis gloria eorum iam fuit ad nihilum, diuino iudicio, redacta. Hactenus Acta Alexandri Papæ, haud dubium ab orthodoxo & Catholicæ communionis, viro conscripta. Eandem pestilentiam, diuinitus immissam fatetur, & scriptis mandauit Otto Morena Laudensis homo schismaticus & ipsiusmet Friderici Imp. partium, dum inter cetera ita scribit. Interea dum hac Roma agebantur, quædam maxima ac mortalis pestilentia super Imperatorem, eiusque exercitum totum diuinitus accidit &c.

Legimus etiam ipsum Clerum Romanum eo quod in multis soleret dolose agere, peste immissa Dei vindictam expertum esse anno Christi 1188. ut tradit Rogerius sic inquit. Mense Augusto tanta exitit aëris corruptio Roma, & in finibus eius, quod multi Cardinales, & distantes Urbis cum innumera plebis multitudine interierint, & ipse Hugo (Episcopus S. Andrea) cum tota ferè familia sua, & Henricus Dolensis electus cum familia sua ibidem obierint. Quod ante octennium prædictum ferat Alexandro Papæ tertio à Prophetissa quadam, ut prædictus refert Rogerius, dum ita scribit. Præterea constanter asseruit, quod in sequenti anno ab illo maxima fames ingrueret, & quod ex corruptione aëris innumerabilis hominum multitudo moritura esset, & quod Clerum Romanum grauis animaduorsio feriret nisi ab exercitio doli resipiscerent, sub quo à multis retro temporibus & que in hodiernum diem laborauerunt.

Cum circiter annum Domini 1865. Scythæ, gens barbara, in Romanum Imperium irruptionem facerent, & Constantinus Ducas, quamuis pius, imbel-

Magno danno & ignominia Imp. eijcitur ab Italia.

26. Causa.

27. Causa.

lis tamen imperator, eos legatione missa, muneribus, sed frustra tentasset; coactus est ab Vrbe exire, vrgentibus ciuibus, aduersus hostes: non amplius quam centum quinquaginta militibus eum sequentibus, vt asserit Curopalata quod addit:

Diuihit^o
hostes su-
perati.

Fertur Imperator, desperatus rebus, indixisse ieiunium, & sibi & populo frequentes supplicationes adhibuisse, ipse pedes cum lacrymis incedens & contrito corde. Qua die conspecta est ab Vxis in tabernaculis commorantibus militum multitudo in acie dimicare, & cum summa festinatione, crebra contra ipsos tela iacere, ita vt ex ipsis nemo illusus remanserit quin vulnus acceperit. Ita pugnante DEO. Post hæc autem ad eundem Imperatorem peruenisse nuncium refert, qui affirmaret, gentem illam peste & fame consumptam, reliquias cum ducibus transmissis Istro ad propria remeasse.

His acceptis (inquit Curopalates) Imperator Deo & Dei Genitrici sacrificio cum gratiarum actione peracto recta ad urbem se contulit, quam reperit admirationis & stuporis plenam, vota que Deo pro accepta salute persoluentem.


Verum omnes quod factum erat, diuinum miraculum censentes, Imperatoris erga Deum pietati adscribebant, quod non virtute eorum viribus, aut potentia Imperatoris, sed religione Deus ipse flexus esset.

Will. d.
gest. Reg.
Angl. li. 3.

Ad calcem huius historię subiungenda prophetica Hildebrandi, qui post Gregorius VII. dictus est, prædictio pestis ad S. Hugonem abbatem Cluniacensem, vt annotata est à Wilhelmo Malmesburiensi verbis huiusmodi: *Præterea præueneris mortalitatem hominum, & huic loco imminere excidium. Cuius coniectura signum habeo, quod Angelum Domini super altare stantem vidi euaginatam gladium fringere, & huc atque illuc rotare. Futura cladis notabilis habeo iudicium, quod iam spissus & nebulosus aer prouinciam istam circumuolat, vt vides. Maturemus igitur profugium, nisi cum aliis velimus subire exitium.* *His dictis introcuntes*

diuer-

diuersorium, ad curam corporis assidere. Continuoque
 discipulis appositis, exortus in domo luctus aueritatem esu-
 rientium repressit. Siquidem unus & alter, & mox plu-
 res è familia, dubium qua pernicie, interempti, animas
 subito amiserunt. Tum eadem peste per vicinas ades gras-
 sante, ascensis mulis diffugiunt, festinationem & iua. Stimu-
 lis timoris accelerantes.



S. BARBARÆ PATROCINI-
 VM, ET OPVSCVLI
 conclusio.

CAPVT XIII.

Agmen sanctorum eorum, qui tempore pe-
 stis à pijs & Christianis hominibus inuoca-
 ri solent, atque aded totius huius historiae,
 claudat vel in primis prædicanda, sanctissi-
 ma Virgo & Martyr Christi insignis Barbara, quam
 Christiana pietas, eorum qui recte de rebus fidei senti-
 re & credere didicerunt, non solum contra pestem, ve-
 rum etiam contra subitanam mortem à priscis seculis
 studiosè venerari, atque sedulò inuocare consuevit.
 Nam Metaphrastes tradit eam, cum iam iam martyrij
 palmam perceptura esset, flexis genibus eiusmodi ipsam
 esse oratione: *Principij expers Deus, qui calum extendisti,
 tanquam fornicem: terram autem fundasti super aquas:*

Precatio
 S. Barba-

Qui nubibus iubet ut pluant, & produxisti Solem, & lucem præberet omnibus: & communiter hæc & iustus & iniustus, & bonis & malis simul suppeditas, tu quoque nunc me precantem exaudi, o Rex, & qui tui nominis & mea meminerit decertationis, ne pestilens morbus in eius domum ingruat: neque ullum aliud ex iis, quæ possunt corporibus afferre damnum & molestiam. Scis enim, Domine nos esse carnes & sanguinem, opera intemperatarum tuarum manuum, & honorata tua imagine & similitudine. Dixit, & vox de cœlis audita est admirabiliter ad cælum vocans ipsam & simul pollicens implenda ea, quæ petierat.

S. Barbara præses patrona contra mortem absque preuia confessione, & S. Eucharistiæ perceptione.

*dilectissimi,

Virgo quoque hæc sanctissima cultores suos absque venerabili sacramento mortem obire non finit, idque multis exemplis comprobatum est, posset per longum probari. Nam, ut alia eius Acta habent, cum decollanda esset, orauit ad Dominum, ut quicumque nominis & passionis eius memoriam haberet, in extremis vera contritionis & confessionis beneficium perciperet, sacrosanctoque corpore Christi cibaretur, ac in iudicio peccata eius nequaquam recordaretur. Quæ omnia voce è cælo lapsa testante ei concessa sunt. Extat apud Suriium huius argumenti memorabile sanè miraculū, diuinitus declaratum in homine quodam, nomine Henrico Kock, flammis miserè exusto, & tamen in vita conseruato admirabiliter, donec confessione & Eucharistia munitus esset meritis sanctissimæ martyris Barbaræ, anno Christi 1448.

Et nostro iterum tempore B. Stanislaus Koscga Polonus, Societatis I. E. S. V. religiosus, præsentē S. Barbara Eucharistiam ab Angelis accepisse traditur, in eius vita

Visum etiam hoc loco ad finem apponere concionem S. Gregorij, quam habuit, tempore pestis. nam gratiarum actionem quam instituit ea suppressâ supra retulimus cap. 4. SERMO S. GREGORII MAG-

N. 1. Oportet, fratres charissimi, * ut flagella Dei, quæ

metuere Ventura debuimus, saltem praesentia & experta timeamus. Conuersionis nobis aditum dolor aperiat, & cordis nostri duritiam ipsa iam, quam patimur, pana dissoluat. Vt enim, propheta teste, praedictum est: Peruenit gladius & ad animam. Ecce enim cuncta plebs caelestis ira mucrone percutitur, & repentina singuli caede vastantur; nec languor mortem prauehit, sed languoris moras (ut cernitis) mors praecurrit. Percussus quisque ante rapitur, quam ad lamenta paenitentiae conuertatur. Pensate ergo, qualis ad conspectum districti Iudicis peruenit, cui non valet flere quod fecit: habitatores quippe non ex parte subtrahuntur, sed pariter corruunt, domus vacua relinquuntur, filiorum funera parentes aspiciunt, & suos eos ad interitum heredes praecedunt. Vnusquisque ergo nostrum ad paenitentiae lamenta confugiat, dum flere ante percussorem vacat. Reuocemus ante oculos mentis, quicquid errando commissimus, & quod nequiter egimus, fiendo puniamus. Praueniamus faciem eius in confessione, & sicut Propheta admonet, leuemus corda nostra cum manibus ad Deum*. Ad Deum quippe corda cum manibus leuare, est orationis nostra studium cum merito bona operationis eo igere. Dat profectio, dat tremori nostro fiduciam, qui per prophetam clamat: Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur, & viuat. Vternosae namque Niniuitarum culpas triduana paenitentia absterxit, & conuersus laico vita praemia etiam in ipsa sententia sua mortis emeruit.

Leuemus igitur corda, & praesumamus nos iam percepisse quod petimus. Citius ad precem Iudex flectitur, si a praesentate sua petitor corrigatur. Imminente ergo tanta animaduersionis gladio, nos importunis fletibus insistamus: ea namque qua ingrata esse hominibus importunitas solet, Iudici veritas placet: quia pius & misericors Deus a se vult veniam precibus exigi, qui, quantum mereamur, non vult irasci, hinc etenim per Psalmistam dicitur: * Inuoca me in die tribulationis tuae, & eripiam te, &

Hier. 4.

Thren. 3.
* Dominum.

Ezech. 18

Ion. 3

Matth. 27.

Hortatio ad paenitentiam.

Psal. 49.
* dicit.

* deuota
ad lacry-
mas men-
te.

magnificabis me. Ipse ergo sibi testis est, quia inuocantibus misereri desiderat, qui monet ut inuocetur. Proinde, fratres carissimi, contrito corde & correctis operibus crastina die, primo diluculo ad Septiformem litaniam, iuxta distributionem inferius designatam, deuota* mente cum lacrymis ueniamus. Nullus uestrum ad terrena opera in agros exeat, nullus quodlibet negotium agere praesumat: quatenus ad sancta Dei genitricis Domini Ecclesiam conuenientes, qui simul omnes peccauimus, simul omnes mala que fecimus deploremus: ut districtus Iudex dum culpas nostras nos punire considerat, ipse a sententia proposita damnationis parcat. haecenus sermo, idemque dictus in Ecclesia sanctae Sabinae in Auentino & scriptus affixus Albo, cui litaniarum ordo istiusmodi subscriptus habetur.

Litania
Septifor-
mis dicta.

Litania clericorum exeat ab ecclesia beati Iohannis Baptistae.

Litania uirorum ab ecclesia beati martyris Marcelli.

Litania monachorum ab ecclesia martyrum Iohannis & Pauli.

Litania ancillarum Dei ab ecclesia beatorum martyrum Cosmae & Damiani.

Litania foeminarum coniugarum ab ecclesia beati primi martyris Stephani.

Litania uidaarum ab ecclesia martyris Vitalis.

Litania pauperum & infantium ab ecclesia beatae martyris Ceciliae. Facta sunt haec in basilica sanctae Sabinae sub die quarto Cal. Septemb. Indictione octaua. Post

haec nimirum ultimis litanijis, accidit, quod supra capite quarto enarrauimus, mirandum illud, quando procedente Gregorio ad molem Gadrani Tiberi adiacentem, in signum reconciliati numinis, uisus fuit Angelus nudatum gladium inuaginam reponere.



AVCTARIVM.

SIVE

PROMPTVARIVM
 MEDICINÆ SPIRI-
 tualis contra pe-
 stem.



101 1719



AVCTARIVM

SIVE

PROMPTVARIVM

MEDICINAE SPIRIT-

UALIS COMPAR-

ATIONIS

1719 101





LITANIÆ PRO INFIRMIS.

Kyrrie eleison.
 Christe eleison.
 Kyrrie eleison.
 Christe audi nos.
 Christe exaudi nos.
 Pater de cælis DEVS, Misereere nobis.

Filij redemptor mundi DEVS,
 Spiritus sancte Deus,
 Sancta Trinitas vnus Deus,
 Qui sanas contritos corde,
 Qui vulneras & mederis.
 Qui mortificas & viuificas.
 Qui deducis ad inferos & reducis,
 Qui orantes in sua infirmitate curare consueuisti,
 Qui propter misericordiam tuam saluos facis omnes sperantes in te,
 Qui Iob vlcere pessimo percussum sanasti,
 Qui Ezechiam ad te clamentem à morbo liberasti,
 Qui dæmonium à Sara depulisti,
 Qui Tobiam lumen cæli videre vidisti,
 Qui Chananzam pro filia post te clamantem exaudisti,
 Qui socrum Petri à feбри libera sti,
 Qui mulierem contractam ad perfectum sanitatem erexisti,
 Qui filium principis iam mori incipientem à feברי saluasti,
 Qui puerum centurionis verbo sanasti,

Misereere nobis.

Qui paraliticos & leprosos sanasti & mundasti,
 Qui a spiritibus immundis vexatos & obsessos libera-
 rasti,
 Qui mulierem per tactum simbriae tuae a sanguinis
 fluxu sanasti,
 Qui surdos audire fecisti,
 Qui claudis gressum restituiſti,
 Qui multorum ora aperuiſti,
 Qui caecos illuminasti,
 Qui omnes infirmos & aegrotos tangendo sanasti,
 Qui omnes oneratos & laborantes reficis,
 Qui omnes languores nostros portasti,
 Qui filium mortuum matri viduae viuum restituiſti,
 Qui filiam Archisynagogi ad vitam reuocasti,
 Qui Lazarum quadriduanum a mortuis resuscitaſti,
 Qui aegrotos visitaſti, & visitantibus praemia aeter-
 na promiſiſti,
 Qui per umbram Petri multos ab infirmitatibus ſu-
 is liberaſti,
 Qui per sudaria & ſemicinctia Pauli multos infir-
 mos curaſti,
 Qui per ossa Elifaei mortuum ad vitam reuocasti,
 Deus audiutor & protector noster,
 Susceptor & liberator noster,
 Refugium nostrum & coram salutis nostrae,
 Fortitudo & patientia nostra,
 Saluator & redemptor noster,
 Propitius esto, Parce nobis Domine.
 Propitius esto, Exaudi nos Domine.
 Propitius esto, Libera nos Domine.
 Ab omni malo, Libera nos Domine.
 Ab omni peccato, Libera nos Domine.
 Ab omni morbo & languore, Libera nos Domine.
 A peste & omni contagione, Libera nos Domine.
 Ab omni impatientia & pusillanimitate, Libera nos
 Domine.

Miserere nobis.

Ab infi-

Ab insidijs Diaboli,
 A periculis mortis,
 A doloribus inferni,
 A subitanea & improuisa morte,
 A damnatione perpetua,
 Per tentationem tuam,
 Per lachrymas & ærumnas tuas,
 Per labores & defatigationes tuas,
 Per tristitiam & tædium tuum,
 Per pauorem & mæmorem tuum,
 Per sitem & famem tuam,
 Per agoniam & sanguineum sudorem tuum,
 Per sacrosancta vulnera tua,
 Per pretiosum sanguinem tuum,
 Per crucem & passionem tuam,
 Per mortem & sepulturam tuam,
 Per gloriosam resurrectionem tuam,
 Per admirabilem ascensionem tuam,
 In die iudicij.

Libera nos Domine.

Peccatores, Te rogamus audi nos.
 Vt nobis parcas, Te rogamus audi nos.
 Vt nobis indulgeas,
 Vt spatium veræ pænitentia nobis concedere dig-
 neris,
 Vt compunctionem cordis, & fontem lachryma-
 rum nobis donare digneris,
 Vt nos visitare & consolari digneris,
 Vt aërem salubrem, & sanitatem mentis & corpo-
 ris nobis largiri digneris,
 Vt indulgentiam & remissionem omnium peccato-
 rum nobis concedere digneris,
 Vt gratiam & consolationem sancti Spiritus cordi-
 bus nostris infundere digneris,
 Vt nobis in omni tribulatione nostra succurrere, &
 patientiam donare digneris,

Te rogamus audi nos.

Vt nos in hora mortis contra omnes diaboli infidias munire digneris,

Vt nos in tua gratia mori, & ad finem vsque perfeuerare concedas,

Vt extrema nostra benedicere & sanctificare digneris.

Vt spiritum nostrum in manus tuas suscipere digneris.

Vt post obitum nostrum paradisi ianuas nos gaudenter introire concedas.

Vt nos exaudire digneris,

Fili Dei. Te rogamus audi nos.

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, parce nobis Domine.

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, exaudi nos Domine.

Agnus DEI, qui tollis peccata mundi, Misereere nobis.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kirie eleison.

Pater noster, &c.

Et ne nos inducas, &c.

ψ. Saluos fac seruos tuos.

℞. Deus meus sperantes in te.

ψ. Convertere Domine vsquequo,

℞. Et deprecabilis esto super seruos tuos.

ψ. Esto nobis Domine turris fortitudinis.

℞. A facie inimici.

ψ. Nihil proficiat inimicus in nobis.

℞. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

ψ. Adiutor noster esto, ne derelinquas nos.

℞. Neque despicias nos Deus salutaris noster.

ψ. Aduua nos Deus salutaris noster,

℞. Et propter gloriam nominis tui Domine libera nos.

ψ. Domine

Te rogamus audi nos.

ŷ. Domine exaudi orationem meam,
 R. Et clamor meus ad teueniat.

O R E M V S.

DEVS infirmitatis humanæ singulare præsidium
 auxiliij tui virtutem super infirmos famulos tuos
 clementer ostende, vt ope misericordiæ tuæ adiuti, Ec-
 clesiæ tuæ sanctæ incolumes repræsentari mereantur.

DEVS, qui Vnigeniti tui patientia antiqui hostis
 contriuiisti superbiam, da nobis, quæsumus, quæ idem
 pro nobis pertulit, dignè recolare, sicque exemplo eius
 cuncta nobis aduersantia æquanimiter tolerare.

DEVS humani generis benignissime conditor &
 misericordissime reformator, qui hominem inuidia di-
 aboli ab æterna felicitate, deiectum, vnigeniti filij tui
 pretioso sanguine redemisti, viuifica nos famulos tuos
 gratiæ tuæ vigore, & iacentibus manum porrige salu-
 tarem; reple nos omni gaudio cordis & lætitia spiri-
 tuali; expelle à nobis omnes hostiles insidias, & mitte
 nobis medicum salutis Angelum pacis, qui nos in an-
 gustijs positos consolationibus tuis attollat, quibus in
 præsentem consequamur auxilium, & in futuro præmia
 comprehendamus æterna.

Misericordiam tuam humiliter deprecamur omni-
 potens Deus, quæ amissam nobis gratiam reconciliet,
 atque munus patientiæ in illatis omnibus semper & v-
 bique protegendo impertiat.

DEVS sub cuius nutibus vitæ nostræ momenta
 decurrunt, suscipe preces humiliter ad te clamantium,
 vt de omni aduersitate & ægritudine liberati, perpetua
 te gratiarum actione laudemus. • Per Dominum no-
 strum &c. Amen.

ŷ. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor.

ŷ. Benedicamus Domino. R. Deo gratias.

ŷ. Et fidelium animæ per misericordiam Dei requies-
 cant in pace. R. Amen.



MEDICAMEN SPIRITVALE
CONTRA PESTEM
constans quinque Psalmis B. Virginis ex
Psalmis S. Bonauenturæ cum
ceteris oratiunculis ad B.
Virginem Mariam.

Suffragium.

Sub tuum præsidium confugimus sancta DEI genitrix, nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus, sed à periculis libera nos Virgo gloriosa.

Oratio.

Beatæ gloriosæ semperque Virginis MARIÆ, quaesumus Domine, intercessio gloriosa nos protegat, & ad vitam æternam perducatur, Amen.

Psalmus 1.

MAGNA es Domina, & laudabilis nimis in ciuitate DEI nostri, & in vniuersa Ecclesia electorum eius.

Misericordia tua & gratia tua vbique prædicatur, Deus operibus manuum tuarum benedixit.

Miserere nostri Domina; & sana infirmitatem nostram, tolle dolorem & angustiam cordis nostri.

Mitte Angelum bonum in occursum nostrum, per quem ab hostibus defendamur.

Miserere nostri in die angustia nostræ, & in veritate tua irradia nos.

Miserere nostri Domina, miserere nostri, quoniam tu es spes & lux omnium sperantium in te.

Memento nostri perditorum saluatricis, exaudi planctus & suspiria nostra.

Miserere nostri Domina, & ora pro nobis: in laticiam bonam verte maestitiam nostram.

Miserere seruatorum tuorum Domina: & ne sinas eos angustiari in tentationibus suis.

Miserere nostri Regina gloria & honoris, & de omni periculo custodi vitam nostram.

Miserere nostri Mater Saluatoris, præsta consolationem in tribulatione nostra.

Medere contritis corde, Domina salutis, & resoue eos vngento pietatis. Gloria Patri, &c. Sicut erat in principio, &c.

Psalmus 2.

Ad te Domina clamabo & exaudies me, in voce laudis tuæ lætificabis me.

Ad te clamaui cum anxiaretur cor meum, & exaudivisti me de monte sancto tuo.

Amplectamur MARIÆ vestigia peccatores, & beatis pedibus eius pronoluamur.

Accedite ad eam cum reuerentia & deuotione: & delectetur cor vestrum in salutatione illius.

Accedite ad eam in tribulationibus vestris; & stabilet vos serenitas vultus illius.

A rugientibus præparatis ad escam, de manibus quærentium nos liberati sumus gratia illius.

Attendite popule Dei præcepta Dei, & Regina cæli nolite obliuisci.

Aperite cor ad inuestigandam eam: labia ad glorificandam illam.

Accendatur affectus cordis in illam: & inimicos nostros induet confusione.

Abstu

Abstulit à corde mæstitiam & mærorem, & suauitate sua cor nostrum dulcorauit

Adorate illā in decore illius, glorificate opificem pulchritudinis eius.

Adiutorio suo sancto euasimus pericula mortis: & de læua peste liberati sumus. Gloria Patri, &c. Sicut erat in principio, &c.

Psalmus 3.

Refugium tu es Domina in tribulatione nostra, & virtus potentior conterens inimicum.

Religiosi omnes honorate illam, quia ipsa est adiutrix & vestra spiritualis aduocata.

Recurramus ad eam in tribulatione nostra, & eripiet nos de periculis nostris.

Recordare Domina, vt loquaris pro nobis bonum: & indignationem filij tui auertas à nobis.

Respice miseriam nostram gloriosa Virgo; angustiam & tribulationem ne tardes remouere.

Recordare Domina pauperum & miserorum, & sustenta eos ope refugij sancti tui.

Recordare nostri Domina, vt nō apprehendant nos mala, succurre nobis in fine, & inueniemus vitam æternam.

Resperge cor nostrum dulcedina tua; fac nos obliuisci angustias huius vitæ.

Respice Domina humilitatem seruorum tuorum, & ne sinas eos periculis subiacere

Reple nos seruos tuos virtutibus sanctis: & ira Dei non appropinquet nobis.

Respice Domina humilitatem cordis nostri, & libera nos de afflictione pessima.

Reminiscere miserationum tuarum Domina, & releua peregrinationum incolatus nostri. Gloria Patri, &c. Sicut erat, &c.

Psalmus 4.

IN te Domina confido: propter multitudinem misericordiae nominis tui.

Iudica me Domina, quoniam ab innocentia mea digressus sum, sed quia in te speravi, non infirmabor.

In manus tuas commendo corpus & animam meam, totam vitam meam, & diem ultimum meum.

Influe nobis radios tuae pietatis, & clarifica nos fulgoribus misericordiae tuae.

Innova signa & immuta mirabilia, ut sentiamus adiutorium brachij tui.

Intercede pro nobis salutaris Mater Dei, quia Angelorum & hominum salutem peperisti.

Infunde gratiam de thesauris tuis, & unguentis placa dolorem nostrum.

Ingrediatur oratio nostra in conspectu tuo, & voces gementium ne despexeris.

In manu tua, Domina, salus & vita consistunt, laetitia sempiterna & aeternitas gloriosa.

Inueuiant quae so gratiam apud Deum, qui te in suis necessitatibus invocabunt.

In periculis & rebus dubijs, & in necessitatibus inuenientes cunctis adiutorium dulce.

Ipsa enim mederis contritis corde, & refoues unguento pietatis, Gloria patri, &c. Sicut erat, &c.

Psalmus 5:

AD Mariam cum tribularet clamaui, & clementia sua exaudiuit me.

Ad te Domina leuaui animam meam in iudicio Dei mei, & precibus tuis non erubescam.

Aue gratia plena, Deus tecum, per quam salus mundi restauratur.

Ascendisti alternantibus hymnidicis Angelorum choris, Archangelorum constipata rosis, & lilijs coronata.

Ablue Domina omnia peccata nostra, sana omnes infirmitates nostras.

Aufer a nobis tribulationem nostram, & dulcifica omnem dolorem nostrum.

Auertatur a nobis ira Dei per te, placamur meritis & precibus tuis.

Aperiantur nobis per te portæ iustitiæ, ut enarremus omnia mirabilia tua.

Ad Dominum accede rogatura pro nobis, ut per te liberemur de angustijs nostris.

Adiutorium nostrum in virtute sit nominis tui, per te omnia opera nostra dirigantur.

Ab omni perturbatione libera seruos tuos, & fac eos viuere sub pace & protectione tua.

Adorent te familiæ gentium: glorificent te omnes ordines Angelorum, Gloria patri, &c. Sicut erat, &c.

Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison. Pater noster, &c. Sed libera, &c. Vers. Saluos fac seruos tuos. Resp. Deus meus sperantes in te. Vers. Mittere nobis auxilium de sancto. Resp. Et de Sion tuere nos. Vers. Ora pro nobis sancta Dei genitrix. Resp. Ut digni efficiamur promissionibus Christi. Vers. Domine exaudi orationem meam, Resp. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Defende quæsumus Domine B. MARIA semper Virgine intercedente, istam ab omni aduersitate familiam, & toto tibi corde prostratam ab omni infirmitate & peste, & ab omnibus tuere clementer periculis, per Christum Dominum nostrum, Amen.

Hactenus è S. Bonaventura.

Oratio

Oratio Ecclesie tempore famis & pestis.

Da nobis quæsumus Domine, piæ supplicationis effectum, & pestilentiam famemque propitiatus auerte; ut mortalium corda cognoscant, & te indignante talia flagella prodire, & miserante cessare. Per Dominum nostrum Iesum Christum,
Amen.



Has duas orationunculas sequentes ex hispanico idiomate, utcumque intelligere potuimus, ita traduximus.

ORATIO AD S. SEBASTIANVM
MARTYREM.

Miles DEI magnanime, & fortissime dux IESV Christi, gloriose Sebastiane, qui visitabas, confortabas, & animabas tuis sermonibus beatos Martyres, ut cum gaudio mortem subirent pro Domino: Meruisti quoque esse defensor fidei Christianæ, & habere tam gloriosum nomen, ut esses duplici vice Martyr. Prima, cum in campo religatus sagittis

transfigereris : secunda, cum iterum factus rediuuius, fustibus cadereris, & affligereris tā atrocibus plagis & ictibus, donec emitteres tuum purum & beatum spiritū in Domino : Rogo te, gloriose Martyr, vt mihi impetres à DEO virtutem constantiæ & perseueratiæ in suo sancto seruitio: vt ipse quoque nos liberet ab infectione aëris, & pestilentia ; quas propter peccata nostra meriti sumus ; & suscipias quōque in tutelam, & defendas exercitus Christianos atque Catholicos : & illis assistas in suis bellis, quatenus obtineant victoriam contra inimicos S. Matris Ecclesiæ, & per illam pacem securam, & perfectam quietem, Amen.

ORATIO DE S. ROCHO CONFESSORE
CONTRA PESTEM.

Misericordissime, & benignissime Domine, qui ex paternā tuā providentiā castigas nostra peccata, & per infectionem aëris tollis salutem & vitam corporalem, proterea emendantes & humiliantes nos subijcimus tuo diuino auxilio

xilio, quatenus nobis des vitam spiritua-
lem animarum nostrarum; oro te humi-
liter per intercessionem sancti Confesso-
ris tui Rochi, vt custodire ac præseruare
digneris me & totam istam familiam, &
patriam ac regionem nostram, ab omni
infirmirate, contagione ac pestilentia;
& nobis des integram salutem tam ani-
mæ quam corporis, vt in tuo sancto tem-
plo te laudemus, & perpetuò tibi seruiam-
us.

Et tu ò felix & beate Roche, qui per
exemplum patientiæ & maioris confi-
dentiæ in tuo patrocínio, rogasti DEVM,
vt percutereris peste, & in tuo corpore pa-
tereris, quod alij paterentur, & ex tuo
malo disceres compati ægris, & succurre-
re ijs, qui in simili versantur periculo &
afflictione.

Aspice nos pijs oculis, & libera nos
ab omni mortalitate per tuas feruidas o-
rationes; nobis quoque obtine gratiam
Domini, vt in sano nostro corpore, sana
nostra viuat anima: & post hanc vitam
temporalem, breuem atque caducam,

perueniamus ad æternam & gloriosam
& tecum gaudeamus in secula seculo-
rum, Amen.



DE S. SEBASTIANO MARTYRE.

Antiphona.

O Magnæ fidei sanctissime Sebastia-
ne, miles beatissime, cuius meritis
& precibus tota patria Lombardiæ à mor-
tifera peste fuit liberata, intercede pro no-
bis ad Dominum nostrum IESVM CHRIS-
TVM, vt nos tuo beato interuentu ab
ipsa peste epidimiæ, ac improuisa mor-
te, & ab omni aduersitate corporis & ani-
mæ liberare & defendere dignetur, & do-
net nobis tantum vitæ spatium & tan-
tam emendationem peccatorum nostro-
rum, vt post hoc exilium sacris tuis pre-
cibus cum Christo colletemur.

V. Ora pro nobis beate martyr Sebasti-
ane. Ref.

R. Vt mereamur pestem epidimiæ illæsi
pertransire, & promissionem Christi
obtinere.

Oratio.

Omnipotens sempiterne DEVS, qui
meritis beati & gloriosi Martyris tui
Sebastiani quondam generalem pestem
hominum mortiferam reuocasti: præsta
supplicibus tuis, vt qui pro consimili
peste reuocanda ad ipsum sub tua confi-
dencia confugiunt, eius meritis & preci-
bus ab ipsa & omni tribulatione libere-
mur. Per Dominum.

DE S. ROCHO CONFESSORE.

Antiphona.

O quam magnificum est nomen tu-
um, B. Roche, qui tuis intercessio-
nibus multitudinem languentium nosti
saluare, & omnibus nomen tuum glori-
osum commemorantibus te præ-
tium exhibere: veni & sana nos à morbo E-
pidimiæ, & aëris temperiē nobis impetra.

Alia Antiphona.

A Ve Roche sanctissime nobili' natus
 sanguine crucis signaris schema-
 te, sinistro tuo latere, Roche profectus
 peregrè, curas tectus, pestis feræ agros
 sanas mirificè, tangendo salutiferè. Va-
 le Roche, angelicæ vocis citatus flamine,
 obtinuisti deificè, à cunctis pestem repelle.
 V. Ora pro nobis sancte Roche.
 R. Ut mereamur præseruari à peste Epi-
 dimiæ.

Oratio.

D Eus qui es gloriosus in gloria san-
 ctorum, & cunctis ad eorum patro-
 cinia confluentibus suæ petitionis salu-
 tarem præstas effectum: concede plebi
 tuæ: ut intercedente B. Rocho confesso-
 re tuo, quæ in eius commemoratione
 se deuotam exhibet, à languore & epi-
 dimiæ peste, quam in suo corpore pro tui
 nominis gloria passus est, sit libera, &
 tuo nomini semper sit deuota per Do-
 minum nostrum, &c.

Oratio

Oratio generalis ad vtrosque.

Antiphona.

Avertatur obsecro furor tuus Domine à populo tuo, & à ciuitate ista, & per sanctorum tuorum Sebastiani & Rochi intercessionem, quiescat DEVS meus ira tua, & dic Angelo percutienti, cesset iam manus tua, vt non desoletur terra, & non perdas omnem animam viuam.

V. Parce Domine: parce populo tuo.

R. Quem redemisti IESV CHRISTE sanguine tuo.

Oratio.

DEVS conspicias, quia ex nostra prauitate deficimus; concede nobis sanctis tuis Sebastiano & Rocho intercedentibus salutem mentis & corporis: vt qui iustè pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis honore ab hac pestifera clade misericorditer liberemur. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

ORATIO TEMPORE PESTIS.

Exsertis Petri Michaëlis S. I.

Aspice quaeso, benignissime misericordissimeque DEVS, de folio sancto tuo oculis benignitatis super nos miseros, qui in vindicem manum tuam impingimus, & mortiferis pestilentiae iaculis vnde quaque impetimur, & prosterminur, vt plurima inter nos quotidie sit mortis imago. Omnes insequitur, in omnes cuspidem vibrare praecutam minatur; nec est qui nos adiuuet, nisi tu Deus noster, victor mortis, & vastator Satanæ ac regni eius. Reconde Domine cruentum gladium, retrahe armatam in nos manum tuam, & funestissima ruinæ nostræ miserere. Sana faucios conserua sanos, & largire, vt hæc visitatio tua nos penitus à peccatis ad te conuertat; vt si non in hac vita, ad æternam saltem incolumes à te conseruemur Amen.

DE S. SEBASTIANO MARTYRE
CONTRA PESTEM.

Ex ant. M. S. C.

O Quam mira refulsit gratia Sebastia-
nus martyr inclytus, qui militis
portans insignia, confortauit corda pal-
lencia verbo sibi collata cælitus. K. C. K.
Pater noster. Domine exaudi ora-
tionem.

Oratio.

Deus qui beatum Sebastianum Mar-
tyrem tuum in tua fide & dilectione
tam ardentem solidasti, vt nullis carnali-
bus blandimentis, nullis tyrannorum
minis nullisque carnificum gladijs, sagit-
tis aut tormentis potuit à tuâ culturâ re-
uocari, da quæsumus Domine nobis mi-
seris & indignis peccatoribus, eius pijs
meritis & intercessionibus in tribulatio-
ne auxilium, in persecutione solatium,
& in omni tempore tribulationis & an-
gustix contra pestẽ epidimix remedium,
quatenus

quatenus possimus contra omnes diabolicas insidias viriliter dimicare, mundum & ea quæ in mundo sunt, omninò despiciere, & nulla eius aduersa formidare, superbiam quoque & vanam gloriam cum omnibus vitijs superare, & quæ à te iussa sunt recta intentione perficere. Per Dominum.

ALIA ORATIO TEMPORE PESTIS.

NON sunt nobis remotæ causæ, Domine Deus, Pater iustissime tantam esse rebellionem omnium ferè creaturarum in vnum hominem, cui (si omnia creationis modo constarent) obedire, & subesse debeant: nunc terremotus, nunc tonitru, nunc eluuiæ, nunc coniunctiones siderũ nocentissimæ, nunc infectio aëris, quotidie noua atque alia audiuntur mala. Sed hæc pæna, quod munificentia tuæ donis abutimur, mandata tua transgredimur, quod minis non deterremur, promissis non allicimur.

Agnoscamus histe castigationibus terrenis hisce nos abducere, ad cælesti

un

um desideria attrahere; & in hoc creaturas tuas tibi obsequi. Memor esto in magna hac ira tua misericordiarum tuarū, & contagij malum, quod tua ira in nos effusum est, tolle propitius. Nullum enim malum pestilens aër importabit, si omnigenis peccatis bellum indixerimus. Omnia tamen abs te Patre pijsimo sunt, & quod corpore à contagio hoc securi, & quod anima à peccati malo tuti sumus.

Etsi autem alij huius vitæ amore detenti in mortalitatis eiusmodi periculis huc illucque opem implorantes discurrunt; tamen à nemine rectius, tutiusque petitur auxilium, quam abs te vno: cuius potentiam nemo potest effugere, qui nos in gratiam recipies, cum neminem non suscipis in tua bonitate sperantem. Ad te igitur clamamus Domine, exaudi preces & orationes nostras, vt liberet nos ab hac plaga pestiferâ & funestâ. Precipe Angelo tuo percutienti nos, vt recondat gladium suum in vaginam, ne nos feriat vsque ad consummationem: ne facias progressionem iræ tuæ, parce anima-

nima-

nimab⁹ nostris, & ne concludas nos peste.

Reuertere, reuertere Domine, & deprecabilis esto super seruos tuos: aufer à nobis hanc inclementiam cœli, & in salubritatem loci, ne aër infectus noxam, qua afficitur, in nostrā perniciem effundat. O Domine, vertatur quęso manus tua, sufficit iam, cesset nunc manus tua, vt sciat omnis terra, quia tu es Domine Deus noster, & quia nomen tuum inuocatum est super nos, Amen.

F I N I S.

Augustæ Vindelicorum, Typis


Chrysofomi Daberij.


Collegij Societ. Iesu Paderb. 1625


ANNO M. DC. XIV.

ce.
de
ra
la-
m,
n-
us
na,
ne
uo-

pis
J







Stengelig
de
S. N. ILSV.

Th
2886